Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]

ANTONII DEUSINGII
Med. ac Philoſ.

HEXAEMERVM RECOGNITVM
ſeu
DE CREATIONE MEDITATIONES

Explicationibus Chriſtiano-Philoſophicis, & Animadverſionibus neceſſariis illuſtratæ.

CONSCIENTIA

INTEGRA



VICTRIX.

HARDERVICI,
APUD NICOLAUM à WIERINGEN
Gymnaſii Typographum. cIɔ Iɔc XLV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

CANDIDO LECTORI
S. D.
ANTONIUS DEUSINGIUS.

*C*Ommunis quædam hujus ſæculi querela eſt, Charitatem exſtingui. *Quod ſanè veriſſimum plerumque apud illos comperimus, qui ardentiſſimas zeli flammas eructant, & ut præ aliis conſpiciantur, faces copioſa fuligine accensâ fumigantes è pectoribus emittunt. Quippe ubi animus vel faſtu vel inani ſpecie Religionis ſupra modum intumeſcit, ſui capax ampliùs non eſt: ac tandem ultra proprios parietes ſe efferens, quâ parte latera perrumpit, ſæva ac horrenda excitat incendia; quâ verò coërcetur intus, viſcera recondita extollens in tumorem, blandum comitatis atque charitatis fomitem invidiosâ ſui mole ſupprimit, ac tandem penitus exſtinguit. Similem ſuperbiæ ac inhumanitatis* ὄγκον *ſæpenumerò ingenerat inanis aliqua, aut ſupra modum ſaltem affecta eruditionis ac doctrinæ propria opinio: ut adeò non ſine ratione* Scientiam inflare *dixerit Apoſtolus. Sed & quandoque cæcus quidam impetus, ex quadam mentis impotentia excitatus, animos in avia abducit: Hinc qui in rebus alienis ſæpe nimis ſcioli haberi volunt, plerumq; domi ſuæ parùm ſapientes ſemetipſos produnt. Hæc illa gens mortalium, quæ vel in verbis tantùm, ſequiùs arreptis, vel ad internecionem uſque concertationes movet: at dum paſſim ſibi cortices decerpit, medulla omnis propria emarceſcit. Ineptè equidem & olim, tum Græcorum, tum & Romanorum ſæculis, inſania ſub ſpecioſo atque vano eruditionis tegmine multorum animos impleverat: at minùs interim in alios pernitioſa lues fuit, quando ſibi ſolis Scioli deſipiebant. Detrimento nulli olim extiterunt, ſi qui ſuis nugis exultantes, ac inanibus exagitati cogitationibus, operosè concertando parũ admodùm agebant: Quem numerum remigũ Ulixes habuiſſet? prior ſcripta eſſet Ilias an Odyſſea? & an ejuſdem ſit Autoris? cujus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

notæ plura alia occurrunt, quæ ſive tecum ſerves, nihil tacitam conſcientiam juvabunt; ſive proferas, non doctiorem commonſtrabunt: Imprimis autem, ſicut aliis non proſunt; ita equidem alterius vel famæ vel ſaluti non officiunt. Quæ primus quiſque ex Romanis Ducibus præſtiterit, haud minùs tutò quàm ineptè liceat diſquirere. Primus navali prælio Duillius vicerit; primus Curius dentatus in triumpho duxerit elephantos. Quæ certè omnia, & ſi id genus infinita cumulentur, tametſi veram gloriam non comparent, nec eorundem profutura ſit ſcientia; haud tamen dedecus in quempiam intendunt, nec nocumento ſunt ullius vel famæ vel exiſtimationi. Nullam in humanum genus ſtragem olim fecit illa apud Lucianum ab S. & T. inter Ranas atque Mures concertatio. Sic nec periculoſa admodùm fuêre prælia Grammaticorum: quid nempe Iupiter in genitivo generet? quo modo Priſciani quis tutetur commodè calvitium? De lana caprina quotieſcunq; tandem quæſtio excitabatur, non niſi unicis erat metuendum capris. At inſanus quidam noſtro ævo furor efficit, ut ne in hara quidem quiſquam otioſus diſputet de ſetis porcinis, quin ad aram traducatur, ut negotioſus in religione immolet ibidem ſuam conſcientiam. Quidvis quóvis facilè abripitur; & cum Cælo Terra tandem permiſcetur. Vnicus ad immortalitatem gradus videtur, ſi conculcentur inferiores, ſi ſupprimantur pares, ſi ignominiâ afficiantur ſuperiores: quæ omnia ſat commodè videntur poſſe peragi, ſi ex quocunque tandem dicto, perperam accepto vel inverſo, aut per infrunitas conſequentias detorto in obliquum, meliorum nomen labe quâdam ipſa aſpergatur, exiſtimatio lædatur, ac fama tandem violetur: Et ne quid ullo dolo malo fieri videatur, fucata quædam ſpecies Religionis commodiſſimè prætextum facit; quo vel ipſi etiam, qui ejuſdem Religionis ſe conſortes pio profitentur animo, in peſſimas ſuſpiciones traducantur, ac, ſi fieri queat, è terrarum orbe eradicentur. Bone Deus, in quæ tandem tempora incidimus! Vbinam charitatem ſupereſſe opinabimur? cùm ipſi etiam Antiſtites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tiſtites primarii, & qui præ cæteris debebant eſſe charitatis promotores, charitatem maximè expellunt. Qui exemplo ſuo charitatem aliis debebant commendare, hi ſæpè maximè contentioſi ſunt, & ne quid ullibi immotum maneat, vel ipſis etiam piorum conſcientiis tranquillitatem invident. Paucorum tamen, inter eos qui celebrioris famæ ſunt ac nominis, id malum eſt; ac unus ſanè tantùm eſt, ad quem hæc noſtra diriguntur. Quem nos, licet vel Theologi perſonam ipſe ſuâ ſponte exuat, nec ſancto quidem munere tranquillitatem animo injungat, Theologi honoribus ac titulo dignabimur præſenti compellatione, ut tandem ſui memor fiat. Cæterùm, ſi vel ipſe illâ appellatione non gauderet: Doctorum ſanè Togæ eſſe debent, non arma: nec ita properè ex ignobili fortè aliqua opinione bellum concitandum eſt ad famæ ac ſalutis, (ſi id fieri quidem poſſet,) internecionem uſque. Salvâ etiam pace, & inviolatis charitatis legibus, ſi quidem veritatis fuerit inquirendæ, vel ſententiæ & animi enucleandi deſiderium, diſquiſitiones agitari poſſunt, ac urgeri controverſiæ, ſive ad Theologiã ſive ad Philoſophiam quæſtio pertineat: modò ſine bile, ſine æſtu, tranquilli placidiq; animi prudentia adhibeatur. In trutinandis aliorum opinionibus animi motus vehementiores caliginem ſuffundunt intellectui: Ac interim quantum illic ſtomachi eſt, quantum calumniæ, tantum omnino nihil ad rem. Immoderatus animus, nec res ipſas ponderare, nec conferre verba verbis aptus eſt: cùmque ita ex perſuaſionis propriæ temeritate offendicula affingit iis, quorum animos ab omni offendiculo non ignorat eſſe alienos, verè improbus evadit. Manſuetudo ſanè Chriſtianos decet: ac mitia & manſueta verba vel ipſos etiam partinaces animos evincunt, & emolliunt. At linguis utuntur Animi immoderatiores Actii novaculâ acutioribus, & calami ipſorum ſanctas conſcientias in quaſvis hæreſes proſcribunt, non niſi ex impura contendendi aliqua libidine. Olim de humano corpore ſenſitivo, ea nempe hominis parte, quam cum brutis animantibus communem obtine-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

amus, diſquirentibus nobis controverſia illico à Theologo oborta eſt, per ineptas & indignas Theologo, pollente uſu rationis, conſequentias, Papiſticis, Vbiquitiſticis, ac Remonſtranticis haud minùs ſimiles, quàm ovum ovo: negotium noſtrum Philoſophicum ad forum Theologicum traductum eſt, ubi unus idemque, à ſe ipſo conſtitutus, fuit Actor atque Iudex Philoſopho-Theologus; nec ipſi quidem Reo aliquis dicendi cauſam concedendus videbatur locus. Solum equidem Theologum tunc dominari paſſi ſumus, ne quæ litis culpa nobis poſſet imputari. Mox novæ ab eodem, ubi de totius Vniverſi compage naturali, de Natura corporum cæleſtium, ac aliis ſimilibus diſſeruimus, contentiones excitatæ ſunt. Examen Theologicum ſubire tandem noſtra ſunt coacta, etiam illa quæ haud magis Theologicam ſcientiam concernunt, quàm ſextus pedis digitus quid confert ad inceſſum. Mox etiam de ſitu Orbis emendando, de Mari libero vel clauſo, de terminis Scytarum & Chinenſium, de Nili fontibus & oſtiis; tandemque ad humanam indolem reverſus, de Circulatione ſanguinis, de motu cordis & arteriarum, de vaſorum valvulis, homo nimis πολυπράγμων in Theologia ſua lites excitabit: & ad ſecretiora tandẽ veniens, ſi fortè quiddam inconcinniùs Philoſophum crepare deprehendat, mox ipſe canet claſſicũ, ut armis undiquaq; concitatis ritè cuncta ſuo cerebro contẽperet. Bone Deus! quæ hæc tandem gloria Theologiæ erit! ſi hucuſque ejus Iuriſdictio promoveatur, ut quæſtiones Philoſophicæ quæcunque coram tribunali theologico examinandæ ſint! quantum uni Viro gratiæ debebitur, pro fideli cura ac induſtria, quâ, vel ne ipsâ quidem id dominii Theologiâ verâ affectante, ad tribunal Theologicum pertraxerit Philoſophos pro lite quavis dirimenda! Sed fortè melior tandem ratio aliqua Theologũ exagitâſſe viſa eſt, ut circa opera Creationis, veluti in proprio ſuo territorio, jus dicat in Philoſophum, ubi tutò, nullo obſtrepente, ipſe damnet quidvis ac proſcribat: Hîc ſi quis auſit hiſcere, impunè in illius conſcientiam mox inſultabit, ac pro nutu proprio jus dicens quâvis inſigni-

tum hæreſi ejiciet. Cautè equidem Theologus, ne Spartam alienam involare videatur ampliùs, ſuæ Iuriſdictioni tandem limites præfigit: At interim iniquè dividit cum Fratribus, ſi ab operibus Creationis arceat Philoſophos. Extra Vniverſum ablegánda eſt Philoſophia, vel certè à Creationis opere non eſt arcenda, ubi ſua habet incunabula, ubi enutrita eſt, ubi patrias poſſeſſiones dudum occupavit. In Creationis opere, (quod quidem fide theologicâ, ex divinitus inſpirato Dei verbo, ab uno atq; ſolo Deo in principio conſtitutum novimus,) Philoſophi omnino eſt exſpatiari longiùs, ac ancillantes etiam manus hic Theologiæ contra pervicaces atque Atheos porrigere, ut ex Natura rerum ipſa Deum unum eſſe conſtet, qui ſolus omnia ex nihilo creandi poteſtatem habeat. Hìc Naturæ lumine tenentur plura alia, quæ fortè animus à fide alienior in dubium vocaret, pro quibus confirmandis corā Atheo divina pagina non ſufficeret: quamvis multa paſſim alibi per ſolā ſ. ſ. fidē admittantur, quæ examen rationis reſpuunt. Haud ergo ſuo jure ſolus dominabitur Theologus, in diſponendo opere Creationis quod vel omni homini propoſitum à Deo conditore, ut in hoc Theatro divinæ bonitatis, ſapientiæ, ac potentiæ, illuſtrem Dei gloriam obſervet, ac Creatorem ſuum laudibus extollat ſempiternis. Hìc ergo pari paſſu cum Theologo ambulabimus; at ita tamen noſtram Philoſophiam coërcebimus, ut illa, velut aſſuefacta eſt, Theologiæ ſeſe noverit ſubmittere. Sed nec Theologo nos ipſos hìc à latere admoveremus, ſolo vel pediſſequi officio contenti, niſi vacillantes quidam greſſus, quos notavimus, firmandi eſſent; & in avia deflectens, ac in ignominiam ac contumeliam proximi liberiùs proſiliens Theologus, in viam eſſet dirigendus, & ad majorem Dei gloriam vertendus. Hoc ergo pro Theologia ſaniore noſtrum quoque erit, cùm omnes Dei ſacerdotes ſimus, qui Deum religiosè colimus; ut illuſtrem de Creatione Locum, *in qua Deus primùm Creaturis ſe communicat, à peſſimis quibuſdam contumeliarum maculis repurgem, ac famam & exiſtimationem aliorum, ſub præ-*

textu

textu illo ſacro infandè inquinatam, à Theologo iniquiore liberem. Sic Deo Creatori gratum faciã officium; famamq; proximi ac propriam, vel ipſâ vitâ potiorem, a calumnia præſtabo ſalvam & incolumen; ac illuſtri de Creatione Loco *noſtri Theologi, non minimum ornatum atque elegantiam adjiciam. Dum verò junctis ſimul manibus per omnes Diſputationes ordine progred emur, ſi quid paſſim offendiculi occurrat, id indice notabo pro minùs aſſuefactis Viatoribus, veſtigia Theologi legentibus; & ſi quæ ſemita fortaſſe ſit obſcurior vel intricatior, ibidem facem admovebo, viamque expeditiorem reddere conabor. Dum verò ſingula percurro ordine, priores duæ Diſputationes, quæ Creationis continent Eſſentiam & Opus univerſim, levi ter octonûm circiter dierum operâ, inter varias curas ac labores ordinarios, recognitæ, in juſtum aliquem Tractatulum ex copia materiæ creverunt. Quem in duas Sectiones diſtributum, ſecundùm titulos dictarum Diſputationum, nunc Typographo ſeorſim excudendum trado. Sequentes porrò, cùm vacabit, ratione ſimili percurram, quando item reliquas, humanam concernentes animam de quibus partim facta mentio in Diſp. ſexta, per gratiam Autoris obtinebo. Vbi tunc ſeorſim ſingula dierum ſingulorum opera, ſecundum mentem noſtri Theologi exhibita, luſtrabimus. Ac ne quid temerè vel oſcitanter ullibi detortum videatur, Theſes proprias Autoris, ceu ejuſdem* Meditationes, *ſingulis noſtris exegeticis tractatibus ac notulis, ſecundùm ſuam ſeriem adjungere conſultum judicavi: ſic neque, dum ſermonis proprii contextum perſequens, continuatâ ſerie Autoris verba noſtris intermiſcui, à mente ejus propria arcebo alios me ipſo perſpicaciores; nec ſuam laudem proprio Autori invidebo. Vale, Candide Lector, & ex æquitate ſingula dignoſce. Hardervici, pridie Nonas Septembris.* MDCXLV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Clariſsimo Viro

D. I. C. S. S. TH. D.

MEDITATIONUM AUTORI

ANTONIUS DEUSINGIUS

εὖ πράττειν.

Clariſſime Vir,

ALiquot tuæ de Creatione Diſputationes VI. Cal. Auguſt. Styl. Jul. meis manibus & oculis fortè ſubjectæ ſunt: cùm uno eodemque die, poſt pauculas horas, utrique chariſſimæ proli, ad Deum Creatorem ſuum parte immortali reverſæ, ultimum in exequiis præſtandis officium adornarem. Antiqua tua indoles mox ultro ſubibat animum: cùm omnem ferè paginam antiquâ illâ tuâ paraphraſi, ac ſequiore in noſtra interpretatione, refertam contuerer. Sed agnovi illico divinam Providentiam: quæ, ut paſſim, quando ſpecialem aliquam circa ſuos curam atque operationem clementiſſimus intendit Pater, mediis Naturæ repugnantibus conſuevit uti, ita hîc noſtrum dolorem dolore temperabat; ac per minorem quandam à re nobis denuò excitatam animi ægritudinem, à majori mœrore haud parùm cogitationes avocabat. Suggeſſit illico novas paterna illa Dei cura meditationes: ut, quàm inanis tua haud ita pridem circa prolem noſtram, cæteraque ſolicitudo fuiſſet, (cum interim Parenti ultimum diſpendium machinabaris,) piâ gratâque in Deum meum mente agnoſcerem. Haud interim inopinatò nobis accidit, quod novas à te cerneremus in nos artes: quippe cùm jam fere à trimeſtri ſpatio nobis innotuiſſet antè, (per eos qui à tuis id acceperant,)

ceperant,) propediem contra nos à te quid proditurum, quo noſtra pro merito perſtringeres. Pagellas quidem tuas obiter tunc viſas pauliſper ſeponebam; ac laborabam interim per alios, ut reliquas etiam Diſputationes quas de Anima humana reſtare colligebam ex diſp. ſexta, (mihi oblatarum ultima,) ſi fortè prodiiſſent in publicum, à Typographo veſtro obtinerem. Sed ut hæ nondum erant divulgatæ, ita illæ etiam, quæ modò ventilationi publicæ ſubjectæ fuerant, tuo juſſu, tenaciſſimè reſervabantur, (donec fortè opus eſſet abſolutum,) ut adeò exemplar ullum, quod Amico reſtituerem, nanciſci non potuerim. Interea eo, quod tum eram nactus, utens, propiùs luſtrare tua ſingula incepi: ac paulò pòſt à temetipſo tuarum Exercitationum publicarum copiam per tuos familiares petii: at ne per hoſce quidem licuit à tua gratia quid impetrare, quo per te ipſum fortè cernerem errores meos, quos voluiſti coram aliis videri inſectatus. Nempe animum ad publicam ignominiam inferendam magis in te pronum ipſe prodis, indeque apud rerum imperitos capeſcendam tibi gloriam; quàm conatum in te ullum, quo ædificationi ſtudeas Eccleſiæ, ac aberrantem fortè, & directioni ſeſe ſubmittentem ultro, humaniori aliquo hortatu revoces. Sed ne interea viderer, quaſi culpæ mihi conſcius, ad publicam inſectationem tuam me abſcondere, priorem ſaltem Meditationum partem, quam nempe de Creatione in genere adornâſti, commentario illuſtratam exhibere volui: in eo autem ſi fortaſſe quippiam concinnè minùs à me ſit digeſtum, vel non pro merito res ipſa ſatis exornata ac diducta, vel verbis exquiſitiſſimis non ſemper fuerim uſus, nonnihil pro humanitate tua temporis anguſtiæ, & variis noſtris occupationibus, quibus nos pro munere diſtrictos noſti, condonabis ac remittes. Quod ſupereſt majori curâ forſan ac induſtriâ, ſi quid operæ pre-

tium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tium ſe offerat, per otium luſtrabimus. Dum autem tuas theſes mente volvo, novam inſtituti tui rationem ſatis equidem mirari non potui, quâ poſtquam probum à Clariſſ. Collegis tuis Conſilium admiſiſti, dum autores tibi extitiſſe referuntur, ne quid privatæ ſcriptionis polemicæ nobis reponeres, malueris publicum in nos tale ſcriptum edere: quo non tam à culpa cavillationis temetipſum liberares, quàm controverſiam à te intempeſtivè nobis motam de quibusdam Philoſophicis opinionibus, & locutionibus ad tuum guſtum minùs ordinatis, nunc magis publicè urgeres ac intenderes, ac univerſo orbi fuſiùs ſiniſtras ſuſpiciones inſtillares, quas antè per omnes Academias, ipſaſque Synodos, diſſeminâſti. Equidem, velut olim apud te ipſum de meliori noſtra mente ſatis certùs fuiſti, (vel ex proprio tuo teſtimonio, apud ipſos Profeſſores Leidenſes, cùm tandem longè alium eventum prævideres, quàm antè ſpe votiſque conceperas, extorto ac depoſito;) ita nunc tandem minimè de noſtra orthodoxia in rebus ad Religionem attinentibus dubitare potuiſti: poſtquam non ab hæreſi modò, ſed etiam ab heterodoxias labe in Theologia nos abſolvit eminentiſſima Facultas Theologica Leidenſis; quin imò, poſtquam tandem melior mens noſtra ex ipſis noſtris ſcriptis ſat clarè & evidenter publicè expoſita ac demonſtrata eſt. Imprimis autem id ſummoperè miratus fui, quâ fronte tandem fueris auſus ea quoque ipſa nobis denuò affingere, ac publicis ſcriptis publico orbi promulgare, tuiſque Ariano-Socinianis conceptibus perſtringere, quæ falſò nobis olim affinxiſti, quæ eminentiſſima Facultas Theologica Leidenſis ex noſtris non poſſe elici, judicio ſuo, cui nos utrinque Religionis causâ ſubmiſeramus, eſt teſtata. Equidem ineptam fortè quis à te σκιαμαχίαν eſſe inſtitutam opinari poſſet, niſi jam dudum illud ipſum, quod nunc pertinaciùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

urgere pergis, cum tuis Caſuum Poſitionibus, reliquaq; tua litis ſaccularia farragine, in omnes noſtri orbis Academias, ac Gymnaſia remotiora, quin & per univerſam noſtrī orbis Eccleſiam extruſiſſes, ac in noſtrum caput derivare omni molimine inſtituiſſes. At nunc non facilè cordatiores judicabunt, te (imprimis tantum Virum, ac notioris famæ Theologum,) cum tua umbra dimicare, eique intentare tandem illa vulnera, quæ nobis inauditâ procedendi ratione intentare fruſtra laborâſti. Sed & quem paſſim impetas, compluribus ex vivâ tuâ inſtillatione notum eſt: ac contra te ipſum plura fortè invitati aliquando, quàm ex commentariis noſtris ſat clarè innoteſcent, teſtimonia exhibebimus, quibus quam perſonam denuò perſtringere inſtituas, evadat manifeſtum: ac iis quidem ſi eſſemus deſtituti, ſcias ſaltem impręſentiarum, nondum nos in umbram mutatos eſſe, vel carentem ſenſu larvam nobis ſucceſſiſſe, quæ ex ſævæ admodùm ſecuris tuæ acie dolore non afficiatur. Similis antiqua tua ars fuit olim, quâ cùm Poſitiones Caſuum, è tuo ſenſu concinnatas, ſuppreſſo quaſi noſtro nomine, ad Academias miſiſſes, ac ipſi Synodo jam obtuliſſes præjudicia, præfatus es, te nolle cum perſona aliqua contendere; de rebus ipſis judicari cupiebas: Sic nempe ſolus dimicans omnino certo certiùs victoriam ſperabas, quam tibi quidem ita polliceri potuiſſes. At interim perſonam ipſa Synodus non ignorabat, nec ignotus erat ipſis D. Deputatis quem in tua cauſa compellarent; ac ipſemet perſonam non obliquè innuebas aliis, ubi ultimum Deuſingio diſpendium ominabaris, ubi vicem Conjugis ac liberorum ejus te dolere ſimulabas. Simili equidem ratione, nec obſcurioris indicii argumento nunc iterum, *Nomine ſuppreſſo narratur fabula de me*, dum antiqua illa denuò obtruduntur. Miror profectò quid cordati Viri cogitent, quid doctiſſimi Collegæ tui,

quid

quid Academiæ veſtræ Curatores nobiliſſimi ac conſultiſſimi, quid Illuſtres ac Potentes Ordines Provinciæ, ubi S. S. Theologiam tam fædâ ac immundâ ſpurcitie, è tuo cerebro prognatâ, conſpurcari vident & agnoſcunt. Nimis profectò vilis tibi ſacro-ſancta eſt Profeſſio, quam ita turpiter quibuſvis tuis ſordibus, non modò putidis, ſed admodùm periculoſis ac contagioſis, è pruriente tuo animo prognatis, inquinare non deſiſtis. Nimis tibi vilis Academia veſtra eſt, quam tuis fætidis ineptiis tam importunè oneras. Quid verò agis aliud, quàm quòd tenellis Studioſorum animis horrenda ac nefanda illa tua monſtra, à temetipſo condita, è tuo cerebro, non ſecus ac Minervam ajunt ex Jove, genita, in tuo ſinu enutrita, magis magiſque inſeras, quibus tamen interim vix ullam ſanioris rationis ſpeciem adjungis. Sanctius profectò debebat eſſe Typographiæ veſtræ Academicæ prælum, quàm quo ita protervè pro tua libidine abutereris in meliorum contumeliam, ut famæ magis candidæ obſcuram quandam nebulam affunderes. Dum verò noſtro ſenſui, invitis nobis ipſis, contra Orthodoxiæ publicam Profeſſionem, contra teſtimonia maximorum Virorum ac eminentiſſimorum Theologorum, contra tuam conſcientiam, identidem infandas hæreſes aſpergis, nec interim ulla noſtra loca nobis exhibere, vel publico orbi, ubi nos traducis, ſimul deſignare audes, vide tandem quâ te ratione purges, tuamque famam (quam haudquaquam tibi invidemus,) integram expedias, & à calumnia te ipſum liberes. Certè audes alibi citare aliorum loca, ubicunque tibi jure aliquid perſtringere videris; at in hoc noſtro negotio, ubi tuæ Caſuum Poſitiones tibi confirmandæ ſunt, dum idem denuò inculcas ac in publicum diſpargis, nec audes noſtra verba, ut ſunt à nobis poſita, citare, nec noſtra deſignare loca: velut olim auſus non fuiſti excerpta tua nobis

vel petentibus concedere. An verò ſatis tibi glorioſum credis, an ſatis dignum Theologo, an dignum Chriſtiano, ita planè omnem furoris acerbitatem eructare in ejuſdem Religionis conſortem, ejuſdem Eccleſiæ membrum, nuperque Collegam, ac per maximorum Virorum dijudicationem non ab hæreſi modò omni, quam nobis impingebas, ſed & heterodoxia in Theologia abſolutum, ut nihil prætermittendum cenſere videaris, quod ſequiorem ſuſpicionem queat inſuper augere, ac meliorem famam violare? itane Theologo fas eſt vel extra Scripturam ac Theologiam ipſam elumbi quodam conſequentiarum nexu contentionis ſerram cum Collega veteri reciprocare, omiſſiſque magis utilibus meditationibus huic rei curam ſuam cum immani acerbitate animi impendere? Hallucinatus fuerim alicubi in Philoſophicis, id quod humanum eſt commiſerim in meis meditationibus, in rerum Natura perſcrutanda lapſus ſim: (quod tamen à te nondum eſt evictum rationibus:) an interim ullibi in fidei articulos, vel orthodoxæ Religionis capita impegi? Monſtretur illud ergo Scripturæ loco evidenti ullo, cui fuerim adverſus. An verò ullibi offendicula ea ipſe poſui, quæ ita temerè ac præter omnem rationem tibi ipſe fingis, quæ mirâ ac propemodùm irrationali ratiocinatione colligis per tuas conſequentias? an meliorem mentis explicationem ullibi negavi! Quo verò jure tibi arrogas torquere meos ſenſus, & pro arbitrio tuo verba mea immutare? Mea mihi quæ carpis deſignentur loca, ſi candidè Vir agere, ſi calumniæ ſuſpicionem cupis evitare, vel deſine in poſterum laceſſere inſontem. Nugæ ſunto, temeritas, ineptiæ, quicquid in re philoſophica à me eſt unquam proditum; at mea mihi interim inviolata relinquatur atque integra Religionis conſequentia. Hîc ſaltem nunquam vacillavi: ac quaſvis tuas conſequentias, ſi ipſos

meos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

meos ſenſus atque verba ſpectes, paratus ſum ex tempore ineptas meliori ratione demonſtrare. Interea hoc cogitare debes, me meis ſacro-ſanctæ Veritatis normam non evertiſſe; nec Magiſterium Philoſophiæ in Theologiam tribuiſſe: quod omnino à te fieri manifeſtum eſt, cùm principiis rationis fidem oppugnare tentas, & dogmata Theologiæ, humanum intellectum omnem excedentia, ad noſtram Philoſophiam revocare & examinare ſtudes: quæ ſi ad myſteria divina non aſſurgat, vel eadem humano captui non ſuggerat, ineptè metuis ne corruat divina veritas. Quin illud quoque cogitare debes, non ad oſtentationem noſtra olim eſſe prodita; ſed, ut fortuna tulit, pro exercitio quocunque ſtudioſæ Juventuti eſſe data; à quibus ipſe nunc cenſoriâ tuâ, at iniquâ nimis arrogantiâ, poſteriores noſtras curas, quæ plerumque ſolent eſſe meliores, arces: quos enim ſenſus olim exhibuimus, eoſdem iterum exponere, neceſſitas à te illata coëgit, ne fortaſſe olim quicquam ſequiùs, in rebus fidem attinentibus, ſenſiſſe videamur. At noſti certè, quæ ſit jure meritóque in Gymnaſiis & Academiis libertas Philoſophica, in multis controverſiis, dum ſ. ſ. Paginæ non contradicimus, nec capitibus Regionis adverſamur: Per inconcinnas quidem conſequentias ex quovis quidvis poteſt elici, ut vel ipſi Deo, qui eſt ſumma bonitas, per impium ac blaſphemum ratiocinationis nexum facilè omnis cauſa mali poſſet imputari. Certè dum quandoque votis ſtudioſorum, ingenii ſolius & exercitationis causâ laborantium, vel ultro contra animi ſenſus proprios ſe Præſides Philoſophi accommodant, (quod noſti quam ſit frequens paſſim in Lycæis, ubi etiam cordatiores ac probatioris conſcientiæ & eruditionis ſunt Theologi,) non illico cenſuræ ſe ſubmittunt aliorum. Ac foret ſanè præter ſcopum Theologicum, ad quamvis quæſtionem Philoſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

phicam fortaſſe ſæpius ineptam & erroneam, Theologos attendere, & undique per longam conſequentiarum ſeriem effata quævis, ad Theologiam inutilia, pro lubitu deducere, eaque in abſurdos & periculoſos ſenſus, vi quadam affectatâ derivare: at nimis à Religione vera alienum eſt, acerbitatem animi, ac proprios affectus, Religionis interim prætextu tegere, quaſi veritati theologicæ ab aliquo figmento Philoſophico ſit metuendum. Hæc ſanè procedendi ratio ſi Viris æquioribus probanda videatur, quàm lubrica, (ô bone Deus!) Philoſophantium miſellæ turbæ Sparta erit tradita! quotusquiſque tandem horum, vel ex privato alicujus odio & invidia, ſub theologico prætextu latitante, non facilè in quaſvis hæreſes per infrunitas conſequentias abripietur: Quibus ſanè ſi quid obtinere poſſent Remonſtrantes, Papiſtæ, Ubiquitiſtæ, jam dudum omnis Relligio orthodoxa vacillaret. Et ſi quis tandem ex Philoſophis non ita ex profeſſo, ut contingit ferè, intima Theologiæ perluſtrârit, ut conſequentiarum nodos ſaniori ratione queat enodare, vel ſubinde, ubi rationi naturali locus non eſt, fidei gladium ancipitem convenienter admovere, in quæ ſupplicia non tandem iſte traducetur per unius Viri inſolentiam! Non fuit hactenus in Academia Lugd. Bat. probatus ille procedendi modus: ubi certè ea ipſa publicè expoſita ſunt à Philoſophis, cùm ibidem Polyandri, Riveti, Walæi, Thyſii, Theologiæ Spartam exornarent, ex quibus paulò antè hæreſes in nos cudebas, temerario atque irrito conatu, at unde tamen nullæ lites unquam motæ ſunt Philoſophis: Similia exhibita fuerunt etiam in Academia Groningo-Omlandica, cùm illum locum illuſtrarent & Gomari, & Altingii; at interim tranquillitas Philoſophis permanſit integra. At magis fortè tantis Viris ac ſynceræ Religionis columinibus te ipſum perſpicacem judicâſti: nec enim

illi

illi conſequentias tam artificioſè nectere didicerant. Sed ipſe mea omnia nunc tui juris facio: expunge quicquid diſplicet, quicquid minùs ſanum judicatur corrige: non quidem per calumnias, ſic enim neutiquam proficies, ſed per ſolidiores rationes, ac divini verbi autoritates. Profectò ſupellectilem divinæ paginæ, quâ ipſe Spiritus S. acquieſcit, quâ ad ſalutem nobis ille abundare voluit, tu nimis tibi curtam credis, ni nova adminicula per longas conſequentias quæſita extra Scripturam tibi compares, ac rationi quoque Philoſophicæ divini verbi myſteria adaptes. At toto certè cœlo longiùs à Religionis veritate tandem declinabis, cùm extra Scripturam fundamentum nuſquam ſolidum invenies: ac dum profana argumenta ſacris miſces, reverà ſolidæ Theologiæ ſuum robur detrahis. Quòd ſi Scripturæ loca nobis dederis, ſat evidenter atq; manifeſtè nobis repugnantia, jam verè te Theologũ exiſtimabo, tuaque dogmata exoſculabor, ſimulque agam gratias, quòd aberrantes nos in viam revocâris; ſin verò pergas tuis conſequentiis ineptis noſtram famam ſauciare, te peſſimum Sycologum apertè tandem profitebor. Si verò mavis Philoſophicè nobiſcum agere, Theologi perſonam, quæſo, exue tantiſper, nec ſub prætextu illo ſacro in anteceſſum præjudicia conſtitue. Per rationes certè ſi nos erudieris, ingenium ac nervos Philoſophis addideris: ac inde quoque dignam laudem atque gratiarum actionem promereberis. Hîc interim humanitati atque charitati æquè locus eſt. Si res fortaſſe, de qua diſceptatur, non ſit Theologica, ſed Philoſophica; ſit nihilominùs interea affectus chriſtianus: ſic ſanè procedendi modus ſaltem erit Theologicus, & æquè in hac diſceptatione chriſtiana charitas vigebit; nec deerit occaſio hîc etiam de bono publico merendi: ac ipſe tibi hîc victoriam haudquaquam invidebo. Profectò, crede mihi,

nunquam olim mihi mea digna viſa ſunt, quæ tuam eruditionem ullibi turbarent, vel te tam longè à Theologia ſaniore avocarent: Ac Tyrocinia, indigna forſan luce publicâ, exiſtimarem ipſe mea cuncta etiamnum, niſi Virum magnum atque eruditum iis ultro ſupra modum intricatum cernerẽ Ex temetipſo tandem animum arripui, qui fortè nimiũ meticuloſus fui antè. Haud tamen interim vel impræſentiarum meo perſuadere velim animo, à me quid eſſe proditum quod protinus applauſum mereatur doctiorum: id mihi unum ſatis, ac in eo ſat ſuperque gloriari potero, ex meis nunquam illud poſſe elici, quo mihi nondum ceſſas ignominiam excitare. Multæ paſſim nugæ, multa paſſim temeritas, multæ paſſim ineptiæ; inter quas & noſtræ. Sine culpa ſaltem me exercui, quemadmodùm & ſine ambitione. Interea ſi magis mihi gloriam ex meis affectâſſem, quàm in commmune bonum literarium, (cui pro tenuitate mea me in totum conſecravi,) conatus ſaltẽ meos meliores voluiſſem conſignare, nunc tandem maximorum etiam Virorum, extra omnem ſequioris ſuſpicionis aleam poſitorum, & quos Chriſtianus orbis admiratur, & quos Eccleſia orthodoxa ſuſpicit columina, de ipſis etiam meis Philoſophicis ampliora ac ſplendidiora, quàm pro votis propriis, judicia hîc poſſem oſtentare. Sed equidem haud tanti nobis eſt inanis aliqua gloriola, ut me efferre velim longiùs, quàm quo neceſſitas me ipſa vocat. Id commendationis equidem Gangrænæ veſtræ non invideo, quæ olim Belgicæ edita in maculatam chartam, quod carerent commentario ſublimiores quàm pro vulgi captu Meditationes, penè tota eſt mutata; deinde, cùm materiam præberet diſputandi publicam Tyronibus, latinâ veſte ac Scholaſticâ donata, nondum tota expetita eſt; ac interim recuſa denuò, celebrioris Viri aliquo encomio egere videbatur, quo adjecto magis commen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

data eſſet Studioſis, ad ſubtilitatem talem adſpirantibus. Non mihi illa oſtentationis cura eſt. Quod non ingratum magnis Viris tandem ſentio fuiſſe, à me editum, id gratulor Tyronibus: ac interim tenuitatem meam ipſemet agnoſco, nec eam erubeſco profiteri. In hac infirmitate noſtra per Dei gratiam potentes evadimus aſſiduo labore. Nimius fortè potiùs videri queat ille honos, quo à SALMASIO ad Deuſingium, à Gigante ad Pygmæum converſus, nos ultro decorâſſe judicaris; quàm ut videaris ipſe vel olim vel nunc tui immemor fuiſſe. Dum autem nihil mihi ultro tribuo, id unicum à piis atque Chriſtianis animis contendo, ne illud meæ conſcientiæ invideant, quod per benigni Dei gratiam ſat mihi tutum, quod nulla mihi creaturæ vis vel inſolentia eripiet. Si quis, nulla contra me inveniens argumenta, fidem meam ac religionem ſine ratione lacerare pergat invito, non niſi ex inſana atq; temeraria inſectandi aliqua libidine, is ſanè chriſtiani hominis perſonam exuit. Quid enim? An non charitatis chriſtianæ quædam lex eſt, in meliorem partem interpretari quod obſcurum videtur, ac interim monere, & audire propriam ejus, qui locutus eſt, interpretationem? An verò nulla ampliùs Fraternitatis vel in diverſorum locorum Eccleſiis conteſſeratio, nulla neceſſitudo eſt? Nonne unum Eccleſiæ corpus eſt, cujus nos utrinque membra profitemur? Theologi ſanè eſt vel eos etjam, qui extrà ſunt, majori pietatis ſtudio allicere ac lucrari Chriſto Salvatori, ut in eandem confraternitatem ac Societatem adducantur; haudquaquam verò vi intempeſtivâ exturbare eos, qui ſunt intus, qui veram fidem animo confeſſione publicâ, factiſque profitentes, univerſo corpori Eccleſiæ ſunt religati; cui per progenitores ac per Sacramentum tandem ipſi ſunt à teneris unguiculis initiati. Dum verò nondum loca nobis corrigenda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

exhibes, id ſanè valde miror, quòd per literas, (quæ augeant immeritò ſuſpiciones,) alibi nobis auſus fueris exprobrare modò novas modò novatas ſententias: hoc ipſo ſanè temetipſum prodis, ac oſtendis manifeſtè, te non eſſe eum qui videri voluiſti, quin nec antiqua unquam, nec pendentem ab Antiquis ſeriem Philoſophantium vidiſſe. Miror te occultis tuis machinationibus opiniones voceſque periculoſas aliis affingere, ac ea interim non indicare: qui voces & opiniones aliorum meliores pro arbitrio detorques, vel mira tibi ſomnia fingis, ac interim periculorum ſupra modum ipſe plenus eſt. Expendant alii ſi lubet, haſce tuas Meditationes, eaſque noſtris Notis conferant, & quàm ſis accuratus paſſim in loquendi modis & opinionibus, hinc manifeſtè veluti ex ungue leonem, agnoſcent. Non pauca ſanè neque contemnenda à te pravorum dogmatum ſparguntur ſemina: Et avertat Deus, ne tandem per novarum opinionum tuarum monſtra nimis ampla via fiat, per quam incautiores nimiùm proclivi lapſu cùm ad Stoïciſmum tum ad Epicureïſmum ruant, & ad quaſvis hæreſes te ipſo Coriphæo adducantur. Id tandē unicum non miror admodùm, quòd interim ridere cogor, quòd indiſciplinatas voces appelles, quas tuo forſitan compendio Philoſophico non potes commodè aptare: nempe nimis proprio de te judicio indulges, hinc fortè omne id, quod non exactè tuo congruit ingenio, à diſciplinis alienum eſſe judicas, idemque perſuadere aliis laboras. Sed, ſi fortaſſe foret operæ pretium, poſſes ipſe experiri, an fortè voces ullas, quæ momenta ferre credas, ad Philoſophiam, vel Theologiam attinentia, poſuerim ullibi, quarum tibi nequeam probatum aliquem Autorem exhibere; hactenus ſaltem nullas mihi tales obtuliſti. Id autem ſatis demirari nequeo, quòd Philoſopho, non niſi pro exiſtimatione ſua vim amolienti & injuriam, ſilentium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſilentium injunctum iri credas, dum ipſe, quò alterius famam inſolentiùs perſtringas, non modò nondum ſiles aut quieſcis, ubi interim vel tua vel Profeſſionis tuæ res non agitur; ſed inſuper effrenato impetu in meliorem contumeliam te multò longiùs identidem immittis. Quo jure tibi tandem hæc Cenſura, aut ſi mavis INQUISITIO, eſt demandata, ut ſeverè admodùm in aliorum dicta quælibet inquiras, ac ubi ipſe ſequius quid dictum credis, penè capitale exigas ſupplicium: cùm tibi reus interim non debeat pro incolumitate ſuæ famæ ſe opponere, ac rationes tuæ accuſationis petere vel ad examen revocare? Pontificium fermentum ſanè nimiùm te intus agitat, ſi tale onus nobis jure meritóque imponendum credas. Aut ſanè terga noſtra tibi nimis vilia habere cupis, qui impunè in nos inſultare cogitas indeſinenter. Sed ut ad temetipſum aliquando revertaris, ac debiles agnoſcas tuas ratiocinationes, & admodùm elumbes conſequentias, per quas urgere meliores animos non ceſſas, hoc quidem ſpecimen tenuius, non magno admodùm labore pauculis diebus concinnatum nunc præmitto: quo ipſo etiam orthodoxiam noſtram, in cujus candida profeſſione noſtra non acquieſcis hactenus, probatã luculentiùs invenies: nec ſanè tibi deerit, quod ipſe aliquantò clariùs exponas, ſi ab hæreſium ſuſpicionibus te ipſũ liberare velis, ac orthodoxę religioni te addictũ demonſtrare. Agnoſce autem hîc, ſi potes, Dei Providentiam immediatam : quâ juſtus ille rerum Moderator omnium & Arbiter multoties iniquiores ſuis laqueis perire ſinit, quos evertendis melioribus tendebant. Si fortè nefas judicarint doctiores alii , cùm ad examen noſtra hæc vocaverint, de ſaniore tuo animo quid cogitare ſequiùs, & ipſemet ὀρθοδοξίαν tibi tuam gratulabor: at interim ſuſpicionis anſam longè magis evidentem per directum certo certiùs invenient Prudentiores in hiſce

 tuis

tuis Meditationibus, quàm ipſe potuiſti hactenus per tuas conſequentias Philoſophiæ noſtræ annectere. Quod ſi apertè aliud pronunciâſti verbis, at aliud te mente intus concepiſſe fingas; nunc tandem deſine per ſolas conſequentias, quas ipſe tibi fingis, aliorum dicta inſectari, & tuâ vi in hæreſes torquere: quam viam ſi ſectari pergas, apertam nimis portam dabis contra Orthodoxos omnibus Hæreticis inſaniendi; nec ipſe tandem ſ. ſ. Dei veritatem ſines eſſe ſatis tutam. Sed quòd ſi rectiùs conſultum velis Theologicæ Profeſſioni tuæ, veſtræque Academiæ, tuiſque Auditoribus, ac propriæ tuæ famæ & exiſtimationi, à vocibus indiſciplinatis, opinionibus à tuo cerebro pendentibus, loquendi modis admodùm periculoſis, ac conſequentiarum nexibus extra Scripturam ſuum robur non niſi ab imaginatione tua ſortientibus, ac nullam planè frugem promittentibus, deinceps abſtinebis: in colenda autem cum Collegis tuis, tum qui uno eodemque tecum agunt Athenæo, tum qui in Lycæis item aliis operantur, (rectè enim qui ubique ædificationi operam dant Fratres ac Collegæ reputandi cenſentur,) amicitiâ ac pace plus animi & operæ impendes; & tum à faſtu atq; inſolentia, tum à cavillis ac ſarcaſmis in heterodoxiam atque hæreſin vergentibus, te ipſummet arcebis; nec ſæpius prępoſteris argutiis, ac tui cerebri figmentis inutilibus tam ſacrum munus tibi traditum commaculabis. Si offendiculi fortaſſe aliquid obſerves ullibi, ut virum chriſtianum decet, moderatè, prudenter, ac per gradus intercede, ut veritatis atque charitatis ſimul habeatur ratio: ſic ſcandalo non eris aliis, ac facili labore forſan vel per ipſos minùs cautè incedentes offendicula removebis, ipſeque cæſpitantes fulcies, labentes verò eriges, à veritatis via aberrantes in rectam revocabis ſemitam. Hanc rationem te deinceps initurum ſpero: utque talis tibi animus addatur

ſupplex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſupplex ipſe Deum Opt. Max. votis ardentiſſimis imploro. Cúmque ad meliorem aliquando frugem fueris reverſus, ac talem me agnoveris, qualem meo jure me agnoſcere jam olim debuiſti, candidum, ſyncerum, veréque orthodoxum, candidam profectò, ſynceramque, & qualis Chriſtianum virum decet amicitiam in me invenies. Interea Typographo ignoſcas rogo impræſentiarum, ſi inconſultiùs in noſtra hac privata cauſa titulo Gymnaſii in frontiſpicio tractatus noſtri ſit abuſus : id quidem vocis tibi tutò, vel nobis ipſis minimè obnitentibus, ſi fuerit offendiculo, expungere licebit. Vale, Vir doctiſſime ac fidem tuam orthodoxam charitatis opere oſtende ; meque, ad officia chriſtiani Theologi reverſus, iterum amare incipe. Quòd ſi cenſurâ tuâ porrò inſectari nos vel noſtra fuerit animus, ad illud, quæſo, quod proborum eſt Virorum, te converte, & ex iis quæ ſunt verè noſtra, ſecundùm noſtros ſenſus clariùs ex noſtris erutos, cum ratione judicare nos inſtitue: fac ſciam tandem, quod ignoro hactenus, quæ mea loca ſint in quæ inſurrexiſti pridem, ut ipſe me exponam & expediam: ni tibi meliorem meam mentem dedero ex meis, ac per ea quæ præcedunt vel ſequuntur comprobavero orthodoxiam in Religione, reus ero in perpetuum: à præjudiciis verò aliorum, arte qualicumque tuâ factis vel deinceps comparandis, adeóque per figmenta tua excitandis ſequioribus ſuſpicionibus, ſi probitatem atque pietatem amas, tandem abſtine. Quicquid prætermiſſis noſtris locis vel per temetipſum vel per alios (dum nunquam viſæ nobis accuſationis tuæ rationes) nobis imputare perges, id equidem iniquiorem tuum in nos animum, ab omni æquitate alienum, commonſtrabit; at noſtræ verò famæ apud æquiores minimè officiet. Et cum delationis tuæ capita ac rationes, ſeu excerpta qualiacunque nondum auſus fueris nobis exhibere, tu ipſemet

expende

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

expende tecum, an fortaſſe æquum credas inauditum judicari vel damnari, ad inſimulationes tuas? vel an ſat Chriſtianum, ſi per impoſturas tuas novum Inquiſitionis genus noſtro orbi cudere inſtituas, ut credas ſupervacuum, communicari reo accuſationum fundamenta, ac audiri ejus repoſitiones. Utcunque verò tandem ipſe tuum animum componas ad tranquillitatem & modeſtiam, meam ſaltem innocentiam, &, quam unam tuâ machinatione reſpicere videri voluiſti, orthodoxiam meam in Theologia, ac in Religione Reformata animum haudquaquam vacillantem, coram Deo atque univerſa Eccleſia ſanctè ac religiosè teſtor: ac te deinceps niſi ceſſes violare ſanctam conſcientiam, non ampliùs Theologum, ſed impium ac perfidum eorum, qui Eccleſiæ dicati ſunt, Perſecutorem altâ voce proclamabo. De cæteris, quæ in noſtra poteſtate erunt ipſe cogitabis, ſi volueris: At reſpice in poſterum, ſi ſapis, meliori inſtituto ea quæ ſunt extrà, quæ doctrinâ & exemplo magis Chriſtiano fortè poſſunt corrigi, & ad fidem veram propiùs adduci; furorem verò tuum in ſacra Eccleſiæ membra, ſi reformatus Chriſtianus es, effundere deſiſte. Iterum vale, & quod æquitati atque charitati Chriſtianæ magis conſentaneum exiſtimabis elige. Dabam Hardervici, die 20. Octobris. 1645.

Nota. In Epiſt. pag. 6. l. 27. leg. vis, ibid. lin. 32, leg. conſcientia.

ANT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ANTONII DEUSINGII
Med. ac Philoſ.

HEXAEMERVM RECOGNITVM

ſeu

DE CREATIONE MEDITATIONES

Explicationibus Chriſtiano-Philoſophicis, & Animadverſionibus neceſſariis illuſtratæ.

SECTIO PRIMA

De

Creationis actione, & Efficientia ex Deo.

MEDITATIO PRIMA.

Loci de Creatione Præcognita hæc ſunto, I°. Ex loco de Deo Cauſam Creationis efficientem ſolitariam eſſe Unum Verum Deum, adeò ut, patefactione infinitæ Bonitatis Sapientiæ ac Potentiæ, ex opere Creationis cognoſcatur ipſe eſſe Naturâ Deus.

COMMENTARIUS.

SAcroſancta nobis fides eſt, quæ omnibus, quorum 1.
pectora Religione puriore Spiritus S. imbuit, omnino ratum ac indubitatum reddit illud *Loci de Creatione Præcognitum: Cauſam Creationis efficientem ſolitariam eſſe Unum Verum Deum, adeò ut, patefactione infinitæ Bonitatis, Sapientiæ, & Potentiæ, ex opere Creationis cognoſcatur ipſe eſſe Naturâ Deus.* Veruntamen, dum ſolâ 2.
quidem fide Theologicâ immota hujus Hypotheſeos eſt veritas, in animis omnium Fidelium, ut nullâ prorſum naturali ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

in conſilium adhibitâ ſit opus : Effatum tamen idem contra Atheos & Infideles ex Naturæ lumine poſſe ac debere demonſtrari judicamus. Non quidem à Theologo , ut eſt Theologus ex verbo θεοπνεύστῳ ad ſalutem inſtruens fideles; (quippe cùm Theologia θεόπνευστος abſque omni demonſtratione præſupponat, *Deum eſſe unum ; eundemque ſolum eſſe Creatorem ; ac Scripturam, quæ id docet, ab eodem eſſe inſpiratam;*) ſed vel à Philoſopho, vel à Theologo, quà eſt Philoſophiæ, S.S. Theologiæ ancillantis, non ignarus.

3. Hic noſtrum ergo quoque, qui verè *ſobriam Philoſophiam* profitemur, quæ Theologiæ minimè repugnet, ſed ancillantes illi manus porrigat, noſtrum, inquam, utique omnino eſt, docere atque demonſtrare ex Natura ipſa , *Deum eſſe unicum , eundemque rerum*
4. *omnium eſſe Conditorem.* Reverà namque antequam ad eam Dei notitiam, quæ è Dei verbo habetur luculentiùs, accingimur ſufficienter, & ad intima Scripturæ S. adyta pertingimus , omnino utile eſt , & aliquando neceſſarium , quantiſper in atrio Naturæ conſiſtere, cujus non mediocris eſt ſplendor, & cui Deus impreſſit non obſcura ſuæ Potentiæ, Sapientiæ, ac Bonitatis veſtigia: ut
5. pronunciat Molinæus de Cognit. Dei, *§. 6.* Inſitum quippe eſſe omni homini ſenſum aliquem divinitatis, non obſcuro omnium gentium teſtimonio conſtat. Inter quas nulla eſt tam fera aut tam barbara, apud quam non ſit recepta quædam Religionis forma, eaq; graviſſimis pœnis ſancita. Hæc enim non eſt ſcripta, ſed nata lex , ad quam non docti ſed facti , non præceptis inſtituti, ſed à natura imbuti ſumus: ut pluribus ibidem *§. 7.* Molinæus exponit, & exemplis declarat : quod idem factum à Calvino Inſtit. lib. 1. cap. 3. Huc item revocari poſſunt ea omnia, quæ pro animæ humanæ immortalitate , à quorumvis populorum atque hominum conſcientia adduximus Diſſert. 5. de Anim. Hum. *§.* 60. & aliquot
6. ſeq. Dum verò inſitam cognitionem noſtris animabus dicimus, haudquaquam illud volumus cum noſtro Profeſſore Theologico, ex Diſp. 1. Loci de Deo, th. 4. protinus ex natura ſola talem in nobis Dei notitiam ineſſe , quæ vel confusè ſaltem atque indiſtinctè (comparatione ſc. factâ cum *diſtincta illa & explicita veri Dei notitia, ſecundùm omnia illa, quæ de ſe in Verbo ſuo revelavit,*) Deitatem eſſe dictet: Ita nempe, *Ut, quàm primùm ſe exſerat rationis uſus, ut quid ſignificetur voce illâ Deus, didicerit, affirmationi*

illi;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

illi, Deum eſſe, ſine prolixiori hæſitatione aſſenſum præbeat, propter lumen quoddam congenitum, in natura inſitum, quod pariat communem quendam Deitatis ſenſum. Nec interim dum 7.
hoc negamus, ullo modo pro Socino, (quem peſſimum & anathemate digniſſimum Hæreticum profitemur,) quid pronunciamus, quo nomine Theologus cit. loc. alios, à ſe diſſentientes, ſuſpectos reddere conatur; ſed pro ipſa veritate, ad dictamen veræ rationis, nec minùs interim autoritate maximorum Theologorum & extra omne dubium orthodoxorum, in ſententiam contrariam adducti. Quippe, ita Molinæus de cognit. Dei, §. 31. 8.
quamvis ſit veriſſimum, quòd variis adminiculis humana ratio ſubnixa illum divinitatis ſenſum, primitus animis noſtris inſitum, adjuvet, & ad Dei qualemcunque cognitionem perveniat, *Haud tamen per hæc*, inquit, *puto effici hanc Enunciationem*, DEUS EST, *eſſe de earum genere, quæ ſunt notæ naturâ. Ariſt. 2. Poſt. t. 6. aït, eas Enunciationes eſſe notas naturâ, quæ intellectis terminis neceſſariò creduntur: ut ſi quis ſcit, quid ſit (totum) & quid ſit (pars,) non poteſt non ſcire, totum eſſe majus ſuis partibus; Nec quicquam unquam à ſe impetrabit, ut aliter credat. At hæc Oratio*, DEUS EST, *non eſt ejuſmodi. Nam poſt intellectas voces, inventi ſunt qui negarent, eſſe Deum.* Nimirum, perperam ex eo, quòd cognitio alicujus 9.
rei nobis à natura eſſe indita dicatur, infertur protinus, rem illam, modò rationis uſus ſeſe exerat, qualicunque modo eſſe cognitam. Perinde ſanè, ac ſi aliquis ex eo, quòd rerum Mathematicarum cognitio ſeu veritates geometricæ, dicuntur naturales homini, ac adeò congenitæ, mox inferat, humani generis univerſi individua, ſimul atque rationis uſum habent, Euclidis Elementa intelligere. Similiter haud magis ſanâ ratione ex eo, quòd congenita 10.
ſit nobis Dei notitia, inferri poteſt, ergo omnes homines, in quibus modò rationis uſus incipit exurgere, habere Deum cognitum. Quamvis equidem vix dubitari poſſe ſentiam, quempiam mortalium, qui jam rectâ ratione utitur, ac ita ſemina cognitionis Dei, animo cognata, ſuſcitat ac fovet, haberi poſſe atheum, ſeu Deum planè ignorare. Dum ergo duo quidem viæ ſunt per Dei 11.
Verbum, quibus pleniorem Dei notitiam aſſequimur, alia quæ Lege Dei traditur, alia quæ continetur Evangelio: una per Naturam ſupereſt, quâ præſtructim & per gradus ad Eccleſiæ do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ctrinam commodè deveniamus, & ubi præexcitamenta quædam animus invenit, quibus exercitatus documenta, verbo Dei revelata, faciliùs concoquat, & avidiùs arripiat, ut loquitur cit.
12. tract. Molin. §. 61. Dicitur autem per Naturam via dari ad cognitionem Dei, 1°. quòd ſemina mentibus noſtris inſita per exercitum rationis uſum intus quoq; in ſe & ex ſe ipſis pullulent, ut eâ ratione forſan, abſq; illo etiam ſenſuum experimento ad examen revocato, ex proprii intellectus noſtri viribus, Deum Opt. Max. quodammodò cognoſcere queamus: velut ſui etiam ipſius ex ſe ipſo cognitionem haurit intellectus: quam equidem notitiã, licet obſcuriſsimam ac confuſiſſimam conſcientia in iis, qui vel minimè ad Deum cogitationes ſuas dirigere laborant, innuere videtur.
13. Et quamvis fortè modus hic ad aliquam nobiliorem ac illuſtriorem Dei notitiam evehere poſſe intellectum videatur, haud tamen idem omnibus eſt aptus atq; expeditus, quippe qui non niſi ſubtiliſſima ingenia, & abſtractiſsimas à ſenſuum impedimentis cogitationes ad perfectiorem illam, quæ ſe rationis lumini expandit, Dei notitiam traducit: Unde &, vel quòd ſit in pleriſq; maximè confuſus, vel maximâ difficultate involutus, plerumque
14. ſolet negligi, aut ſaltem non indifferenter Vulgo propinari. Sed alia 2°. magis frequens per Naturam via eſt, quâ nempe factâ animi per ſenſus ad externa Dei opera converſione, ſemina cognitionis Dei animabus noſtris inſita faciliùs excitamus, ut ex ipſo Dei opere arreptis quaſi alis minori, cum moleſtia in quantamcunq; Dei notitiam humana ratio ſe extollat. Hæc ipſa Dei poſteriora ſunt, quæ homini videre fas eſt: ipſe nempe Deus tranſiens, at interim ubivis præſens, per ſua opera & effecta, veluti à
15. tergo ſe nobis contemplandum atq; cognoſcendum præbet. Huc denuò reſpexit Molinæus, quando de cognit. Dei §. 63. velut in epilogum nonnulla contrahens, *Habemus ergo*, inquit, *tres vias cognoſcendi Deum: unam per Dei opera, ſecundam per Legem, tertiam per Euangelium.* Hanc viam cognoſcendi Deum per ipſa Dei opera viſibilia inculcat Apoſtolus ad Rom. 1. quam eandem nos ſat evidenter aperuimus Theatr. Nat. univ. part. 4. ubi ex natura rerum ac ejuſdem motu *primum* aliquem *Motorem* demonſtravimus: quem ex ſolo lumine naturæ exhibuimus *independentem, ipſum eſſe à ſe ipſo, & in ſe ipſo obtinentẽ, ac per ſe ipſum ſubſiſtentem:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tem: actum ſimpliciſſimum, & abſolutè neceſſarium; rerum omnium Creatorem ac Conſervatorem; immobilem, impatibilem, actum puriſſimum; immutabilem ac ſempiternum; ſapientiſſimum & optimum; liberrimè agentem; virtutis infinitæ, adeóque omnipotentem; perfectiſſimum; unum; infatigabilem, in corporeum, carentem partibus & omni penitus diviſione; immenſum: Verum DEUM, *Naturâ* DEUM. Hunc ergo rerum Creatorem, talem qualis in Præcognito Loci de Creatione à Theologo ſupponitur, ex lumine Naturæ demonſtravimus, *Unum, ac Creationis cauſam ſolitariam efficientem:* quæ quidem Creatoris unitas, & non niſi unici ac ſolius ſolitaria ex nihilo efficiendi virtus, vel ex ſola Creatoris infinita poteſtate demonſtrata, per ſe ſatis innoteſcit. Infinita enim virtus duobus ſimul nequit tribui Numinibus: Quippe iis fortè inter ſeſe contendentibus, vel alterum ab altero everti poſſet, vel non poſſet. Quòd ſi poſſet alterū everti, virtutis infinitæ utique non foret, quod tueri ſemetipſum non valeret: ſi non poſſet, alterum virtutē non haberet infinitam, quippe quod in Adverſarium potentiam non obtineret. Sic ergo facilè corruit impietas, quâ Creatori ſocius quoad creandi actum aſſignatur. Quantoperè autem ſolum unicumque Deum Creatorem, ſeu efficientem cauſam ſolitariam Creationis urgeamus, ſat docent, præter ea quæ Apologiâ noſtr. ad Art. 5. exhibentur, plurima quæ paſſim tradidi in Theatr. Nat. univ. ac Diſcurſ. de Mund. Opif. quæque pleniùs expoſui in Diſquiſ. habitis cum Cl. D. Santeno, Reſp. 1. § 9. Reſp. 2. § 18. 19. 20. Reſp. 3. § 3. 4. 5. 6. Reſp. 4. § 19. 20. item 23. 24. 25. 26. item 36. 37. & alibi. Hîc ergo obiter notanda eſt Theologi noſtri illa dubitatio, non dicam impia, ſed interim reconditi aculei malignitate nimis venenata, (denuò iniquam Hypotheſin reſpiciens, quam Apol. noſtr. ad Art. 2. ſuſtulimus) per affinem ac domeſticam Simiam iterum orbi publico Theſium loco expoſita:

16.

17.

18.

1°. *An Creatio & Conſervatio univerſalis rerum naturalium ſit opus immediatum divinæ potentiæ & providentiæ: An verò facta ſit & fiat mediante aliquo Spiritu Mundi?* &c. 19.

2°. *An ſecundùm doctrinam pietatis ſentiat Taurellus, Non indigere Deo conſervatore res naturales, v. g. Cælum & terram, & res illas quæ generantur & corrumpuntur; ſed Deum dici conſervare illas, vel quando nō corrumpit, vel quando non impedit, quo-*

minùs corrumpantur & generentur? In Triumph. Philoſ. pag. 252.

20. Cui pietatis ergò, ac denuò tollendæ dubitationis admodùm iniquæ ac periculoſæ, Corollaria hæc noſtra mox repoſuimus.

1°. *An Creatio & Conſervatio univerſalis rerum naturalium ſit opus immediatum divinæ potentiæ & providentiæ* in dubium vocare impium eſt. Negativam verò ſententiam invito, contra apertiſſima & expreſſa totidem verba, identidem affingere, haud ſatis Chriſtianum eſt.

2°. *An eadem univerſalis Creatio & Conſervatio facta ſit & fiat mediante aliquo Spiritu Mundi,* ſuâ ſe tollit contradictione: Niſi quis Spiritum illum increatum ſtatuat, adeóque alterum Deum. Quod in Theologia impium; in ipſa etiam Philoſophia abſurdiſſimum.

3°. Ut omnis Creatio à ſolo Deo eſt, ſeu immediatè à Deo eſt, ita quoque, ut à Deo eſt, ipſa Conſervatio, utpote quæ continua eſt creatio: ut verò in creaturas conſervatio terminatur, ita ſeries ſecundarum cauſarum à Deo conſtituta eſt, quarum miniſterio ipſe Deus, immediatè concurrens & agens, in particulari conſervatione utatur.

4°. Ab impietate ergo excuſari non poteſt Taurellus, ubi ſentit non indigere Deo conſervatore res naturales.

MEDITATIO II.

Ex hoc præcognito habemus Elenchum Hæreticorum; 1°. *Cerdonianorum, Marcionitarum, & Manichæorum, qui ſomniârunt duo Principia.* 2°. *Simonianorum, & Gnoſticorum quorundam, qui Mundum aſſeruerunt ab Angelis conditum, ut opus Deo indignum.*

COMMENTARIVS.

1. Ratum ergo ac indubitatum in Theologia præſupponatur Præcognitum illud: Cauſam Creationis efficientem ſoliariam eſſe unum verum Deum: qui idem per Philoſophiam talis demonſtratur, ac colligitur eſſe Naturâ Deus. *Ex hoc præcognito* autem, præterquam quòd *habemus Elenchum Hæreticorum, Cerdonianorum, Marcionitarum, & Manichæorum; qui ſomniârunt* duo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

duo Principia; itemque *Simonianorum & Gnoſticorum quorundam, qui Mundum aſſeruerunt ab Angelis conditum, ut opus Deo indignum*: corruit ſuâ ſponte impietas illa Taurelli, quâ negat res creatas univerſas & ſingulas indigere Conſervatore Deo: quam impietatem jure meritóque Theologus perſtringit, non modò ſuperiùs per Affinem & domeſticum, ſed etiam propriâ induſtriâ ac conatu diſp. 1. Loc. de Deo, th. 19 20. atquam iniquè admodùm aſpergere conatur meliori aliorum conſcientiæ, ex nefanda illa hypotheſi, è proprio ejus cerebro olim prognata ac confictâ, quâ ſupponebat atque obtrudebat publico orbi, *Immediatam Dei Providentiam à nobis negari*: quam hypotheſin ejus, ſecundùm propria illius verba recitatam videre licet in Apol. noſtr. Art. 1. nondum à Theologo demonſtratam, nec ingenio illius demonſtrabilem in perpetuum. Equidem, quod penitus enervat Taurelli, ac ſimul omnium Epicureorum impiam opinionem: Conſervatio ipſa rerum creatarum efficax, quę rebus ipſis propriã eſſentiam & exiſtentiam tuetur ac continuat, eſt ipſamet continua creatio, utpote cùm nihil aliud ſit, quàm actualis divinæ virtutis, quæ in Deo eſt, præſentia: ut demonſtravimus in Diſquiſit. familiar. cum Clar. D. Santeno, Reſp. 4. à § 29. uſque ad §. 35. Unus ergo idemque ille Deus, qui eſt ſolitaria & unica omnis creaturæ cauſa efficiens, ſi quidem immutabilis exiſtat, ſi ſit ubique præſens, (quod alibi eſt à nobis ex naturæ lumine demonſtratum,) idem ille, inquam, res creatas etiam ſuſtinet & conſervat. Hinc item hæreſis & ἀθεότης eorum refutatur, qui vel particularem vel immediatam Dei negant Providentiam: Ut enim eſt ſolius Dei, ac per conſequens immediatè Dei, creare omnia vel minutisſima; ita utique ſolius Dei & immediatè ejuſdem eſt, omnia ſuſtinere, fovere, curare, conſervare, atque gubernare: quippe cùm in Conſervatione ac regimine rerum Deus unum eundemque continuatum Creationis actum exerceat. At quatenus in conſtituto rerum ordine cum unius ac ſolitarii Dei creantis opere continuato, naturalis quædam actio cauſarum aliarum, à Deo item dependentium, concurrit, quæ ſæpe longâ ſerie in creatis rebus aliæ aliis ſubordinatæ ſunt; ita ſanè non eſt immediata ſemper rerum conſervatio. Nempe, Deus creans, quà creans, & quà continuè creando univerſa ac ſingula conſervans, ac ſuſtinens, quà ea-

dem

dem fovens ac gubernans, immediatè operatur; tum in rebus ipſis quas conſervare, ſuſtinere, fovere, gubernare dicitur, tum in iis per quas dicitur ſuam operationem exercere: at quà ſimul interim conſervans per naturales cauſas, operando par eaſdem naturaliter, (quæ adeò conſervatio non eſt creatio,) variis mediis utitur; & non ſecundas tantùm, ſed & tertias, quartas, &c. cauſas, naturales ſubordinatas, longâ ſerie ſæpe adhibet. Sed pleniùs hæc ipſa à nobis ſunt expoſita citatis antè locis ex familiar. Diſquiſ. præter ea quæ dudum in Apol. ad Art. 2. ſunt exhibita: Ut pluribus hoc loco ad clariorem declarationem hujus rei non ſit opus.

MEDITATIO III.

Ex loco de Myſterio S. S. Trinitatis, præcognoſcitur Creationem, quamvis fere, non nominatis Perſonis aliis, tribuatur Patri ut Perſonæ primæ, eſſe tamen opus commune Patris, Filii, & Spiritus Sancti: ex quo demonſtratur τὸ ὁμοούσιον Deitatis Filii & Spiritus S cum Patre. Atque hinc eſt elenchus Arianorum & Dulianorum, qui aſſeruerunt Mundum conditum à Christo, tanquam Patris inſtrumento.

COMMENTARIUS.

1. Ex dictis verò, ac per rationis lumen demonſtratis, (præſuppoſito interim per ſolam fidem Chriſtianam *Myſterio S. S. Trinitatis*, in unitate ſimpliciſſima divinæ eſſentiæ,) neceſſariò infertur ac colligitur: *Creationem, quamvis ferè, non nominatis Perſonis aliis, tribuatur Patri ut Perſonæ primæ, eſſe tamen opus commune Patris, Filii, & Spiritus ſancti: Ex quo demonſtratur* porrò τὸ ὁμοού-
2. σιον *Deitatis Filii & Spiritus S. cum Patre*: Unus enim ille ſimpliciſſimus ac puriſſimus actus creans, qui eſt ipſa ſimpliciſſima eſſentia divina, non poteſt eſſe niſi una eademque, hoc eſt, ſimpliciſſima ac puriſſima, in tribus Deitatis perſonis; adeóque nec inſtrumentum aliquod in eadem à cauſa principali, nec miniſter à Domino, nec ſocius à Comite vel Duce aut ſocio, diſcerni vel co-
3. gitari poteſt. Id ſanè ignotum non fuit Ethnicis antiquis, quibus ex Traditione Patriarchali non fuit incognita in Monade Trias: Unde Triſmegiſti Sermo Crater, vel ejuſdem Monas, talibus exorditur: *Univerſum Mundum fecit Opifex, non manibus ſed Verbo. Itaque ſic cogita de eo, ut de præſente, & ſemper exiſtente,*

& omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

& omnia faciente & uno ſolo, qui ſuâ voluntate condidit Entia. Hoc 4.
conſonum divinæ Paginæ, ubi Mundus per *Verbum* Dei factus
dicitur, Joh. 1. Velut item Pſalm. 33. *Verbo Jehovæ* dicuntur facti
Cæli, & Spiritu oris ejus omnis eorum exercitus ſeu virtus: Non
quaſi per ſubordinatas aut unitate differentes eſſentias vel natu-
ras, multóque minùs veluti per inſtrumenta; ſed tanquam per co-
ëfficientes in una eademque ſimpliciſſima eſſentia perſonas. At- 5.
que ita trinunius Dei *infinita Potentia, Sapientia*, & *Bonitas*, in
creationis opere patefiunt. Qui enim ex nihilo Entia producit,
eum infinitæ virtutis ac potentiæ eſſe eſt neceſſe, ut demonſtr.
Theatr. Nat. un. p. 4. q. 4. § 36. Ac ſapientiſſimi Dei ſapientiſſi-
mum eſſe verbum, ex ordinatisſima, ac pulcherrima compage U-
niverſi conſtat, quam item ſapientiam in unitate eſſentiæ neceſ-
ſariò participatam habet ipſe Spiritus: Infinitam verò bonitatem
Divinitatis probat idem ille Spiritus, qui ab ore Patris & Filii
procedens omnem virtutem perfectisſimam ex nihilo productæ
Creaturæ confert; ipſamque ex non Entibus eſſentiam conſtitu-
ens communicat ſeipſum Creaturis. Hanc verò trinunius Dei in 6.
Creatione operationem, & perſonarum omnium in ſimplicisſima
Eſſentiæ unitate cooperationem expoſuimus Theatr. Nat. un. p.
1. diſp. 3. q. 1. § 30. 31. & p. 2. diſp. 1. q. 1. § 8. *Atque hinc eſt elen-
chus Arianorum & Dulianorum, qui aſſeruerunt Mundum
conditum à Chriſto, tanquam Patris inſtrumento.* Ex eodem refu- 7.
tatur impietas eorum, qui vel fingunt, vel affingunt melioribus a-
nimis Mundi aliquem Spiritum, tanquam ſocium, vel directorem
vel miniſtrum Dei in creatione, per quem nimirum Deus *formâ-
rit ac creârit Mundum viſibilem.* vid. Apol. noſtr. Art. 5.

MEDITATIO IV.

Suppoſito ex iſtis Præcognitis, ut Fidei articulo, Deum Trinum & Unum eſſe Creatorem, hoc nomine appellatum Eſai. 45. 18. 1. Pet. 4. 19. Et ab illo eſſe Creationem Heb. 11. 3. Rom. 1. 20. Act. 17. 24. Quid ſit Creatio delineamus hac deſcriptione: Creatio eſt Actio voluntaria extrorſum operans divinæ Omnipotentiæ, quâ, in temporis principio, ſex dierum ſpatio, ſolus ipſe Deus fecit ac perfecit Mundum univerſum, Cælum, Terram, Mare, omniaque in iis comprehenſa: impreſſo Creaturis univerſis veſtigio Bonitatis & Sapientiæ ſuæ, ſpeciatim vero Creaturis rationalibus ſui imagine.

COMMENTARIUS.

1. *Suppoſito* igitur, & ex ipſo etiam naturæ lumine demonſtrato, *Deum unum eſſe Creatorem*, at ex ſolo fidei Articulo præſuppoſito, *eundem Creatorem unum* in ſimpliciſſima eſſentiæ unitate, *trinum eſſe* ratione perſonarum: quod nec ignotum fuiſſe Ethnicis, licet minimè ex lumine naturæ hauſtum, jam innuimus, ac pleniùs expoſuimus Theatr. Nat. Univ. part. 1. diſp. 10. q. 3. §. 9. 10. & Annot. ibid. adject. ad §. 7. Quin porrò præſuppoſito, ac multis paſſim demonſtrato, *ab illo ſolo unicoque omnem Creationem* eſſe, nec ullam aliquam Creandi facultatem poſſe Creaturæ aſsignari: videamus tandem, quid ex mente noſtri Doctoris ſit *Cre-*
2. *atio*. *Quid ſit Creatio delineamus*, inquit, *hac deſcriptione: Creatio eſt actio voluntaria extrorſum operans divinæ Omnipotentiæ, quâ in temporis principio, ſex dierum ſpatio, ſolus ipſe Deus fecit ac perfecit Mundum univerſum, Cælum, Terram, Mare, omniaq; in iis comprehenſa: impreſſo creaturis univerſis veſtigio Bonitatis & Sapientiæ ſuæ, ſpeciatim verò Creaturis rationalibus ſui imagine.* Equidem ſat rudi Minervâ Creationis delineatio facta videri potuiſſet, niſi ad rem puſillam fortaſſe majori ἀκριβείᾳ Noſter non exiſtimaſſet opus. Sed eam per partes ſingulas examinabimus, in ſingulis ſubjectis theſibus: in genere verò, antequam progredia-
3. mur, quædam hîc notanda ſunt. Ac imprimis quidem illud animadverſionem non prætermittendam exigit, quòd ſubjecti ſeu materiæ creationis nulla in hac delineatione facta fuerit mentio. Hærebit enim facilè intento animo ad ſolam hanc Doctoris noſtri deſcriptionem ſuſpicio, An non fortaſſe hîc æternum aliquod præſupponatur chaos, quod per Creationem ſit in ordinem digeſtum: quippe tale chaos hac qualicunque definitione Creationis minimè evertitur aut removetur; ſed confirmari potiùs videtur vocabulis *fecit* & *perfecit*, quæ ita ſimpliciter, abſque pleniori limitatione per *nihilum*, poſita, ſolent ex recepto ſignificandi more & uſu ſubjectam aliquam materiam innuere ac præſupponere.
4. Hîc ergo tacitè reconditum videtur Manichæorum aliquod fermentum: Quippe duo ingenita dicebat Manes, Deum & materiam, quarum illum lucem, hanc tenebras appellavit. De qua re plura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

plura refert in Hiſt. Eccleſ. Nicephorus lib. *6.* cap. 31. Vel potiùs, omiſſâ hîc particulâ *ex nihilo*, videtur colligendum neceſſariò ex Titulo Diſputationis, qui eſt *de Efficientia ex Deo*, Deum ex ſeſe velut ex ſubjecta materia quadam, Mundum feciſſe ac perfeciſſe: quod omnino quoque eſt hæreticum. Nec verò defuerunt 5.
olim peſsimæ hujus atque abſurdiſsimæ opinionis aſſertores, in quorum gregem fortè noſter Autor tacitè tranſire avet. Albert. in 1.phyſ.tract.3.cap.13.hujus ſententiæ Alexandrum quendam Epicureum refert, hic verbis: *Alexander Epicureus dixit Deum eſſe materiam, vel non eſſe extra ipſam, & omnia eſſentialiter eſſe Deum, & formas eſſe accidentia imaginata, & non habere veram entitatem, & ideo dixit omnia idem eſſe ſubſtantialiter: & hunc Deum appellavit aliquando Jovem, aliquando Apollinem, & aliquando Palladem; & formam eſſe peplum Palladis, & veſtem Jovis; & neminem Sapientum ajebat ad plenum revelare poſſe ea, quæ latebant ſub peplo Palladis & ſub veſte Jovis.* Thomas autem part. 1. quæſt. 3. art. 8. & lib. 1. contra 6.
gent. cap. 17. ſtultam hanc & inſanam opinionem tribuit cuidam Davidi de Dinanto, qui Hæreticus fuit, ac cujus libri damnati & exuſti ſunt: floruit autem hic David de Dinanto, imperante Philippo Barbaroſſæ filio, Pontifice Innocent. III. anno Domini 1204. ut ex Alcmarici hiſtoria colligere licet. Videntur autem in turpiſsimum errorem illum incidiſſe ex immobilitate materiæ, & hinc vitioſè factâ argumentatione, quam nos pleniùs refutavimus Theatr. Nat. univ. part. 1. diſp. 4. q. 2. § 37. 38. 39. Certè ita durus videri poteſt ille loquendi modus *efficientia ex* 7.
Deo Latinis auribus, ut aliquando Diſp. 12. Diſcurſ. de Mund. Opif. q. 1. § 4. itemque Apol. meæ Act. 2. (metuens Theologi noſtri argutas cavillationes,) locum illum Autoris lib de Mund. cap. 6. (ἐκ θεοῦ τὰ πάντα ϗ διὰ θεοῦ &c.) non auſus fuerim aliter vertere, quàm *à Deo omnia, & propter Deum nobis conſtituta eſſe.* Quamvis enim minimè ignorarem, illum loquendi modum à di- 8.
vina pagina non eſſe alienum, ut Rom. 11. v. 36. & alibi: cùm tamen viderem ſimiles noſtras cum Autore illo, non minùs S. Paginæ conformes loquendi rationes, (ut, quòd Deo, licet infinito, locus in Cælo ſupremus tribuatur, &c.) in hæreſes Anabaptiſtarum, & Vorſtii, à Theologo noſtro, ob minùs exquiſitam, ut

 videbatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

videbatur, locutionis ἀκρίβειαν converti, (quod ut olim factum
ita nuper denuò eſt inſtitutum diſp. 3. Loc. de Deo, th. 18.) ut
ita nobis vel invitis quædam macula aſpergeretur, licet vel evi-
dentiſſimè ac propriiſſimè de Dei infinitate alibi non ſemel pro-
nunciaviſſemus: nolui ſanè committere meâ ſponte, ut vel mini-
9. mum exhiberetur, unde cavillandi anſam aliquam arriperet. At
equidem, omnino oportebat talem hominem, qui ita quidlibet
in hæreſin abripere proclivis eſt, ut vel ex unico vocabulo, fortè
minùs propriè exhibito, contumeliam in proximum (de cujus
pio animo ac ſenſu meliore ſe non dubitare profiteri cogitur,)
conatu omni concitare allaboret, talem, inquam, omnino o-
portebat non ita oſcitanter in ipſa Creationis definitione, produ-
ctionem *ex nihilo* omittere; ac interim in ipſo diſputationis ti-
tulo *efficientiam ex Deo* inculcare, niſi longiùs à cæteris Ortho-
doxis hîc in oppoſitum recedat, ac tacitum hæreſeos fermentum
corde foveat: imprimis cùm in Græca & Latina dictione non ſit
æquè uſitatus hîc loquendi modus, nec ſatis adeò manifeſtus eſſe
10. queat ſenſus. Poſito ergo jam à nobis, quòd creatio ſit *productio
ex nihilo*, ad creationis eſſentiam, quâ creatio eſt, non refert ſive
facta ſit *in temporis principio*, ſive non: Nam & hodie creantur
verè propriéq; rationales animæ, cùm tamen temporis princi-
pium non ſit ampliùs, Niſi fortè has quoq; ex Dei ſubſtantia de-
cerpi quotidie, Theologus exiſtimat: quam ſententiam non ob-
ſcurè probare videtur diſp. 2. Loc. de Creation. th. 9. ubi illud
Maronis *non longè à veritate* abeſſe credit:

Deum namq; ire per omnes, &c.
Hinc pecudes, armenta, VIROS, *genus omne ferarum,*
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.

11. Sed de hoc ſuo loco videbimus. Et ſanè, cùm Deus *in principio*
creâſſe dicitur Cælum & Terram, non intelligitur *principium tem-
poris*, ſed momentum ortus rerum, quo primo quippiam produ-
cebatur Verbo divino, quod eſſet præter Deum: vid. Theat. Nat.
univ. p. 1. diſp. 3. q. 1. § 2. Nam, ſiquidem, vel teſte ipſo noſtro
Theologo, diſp. 3. Loc. de Creat. th. 1. & 6. Cælum cælorum
cum Angelis ante reliqua omnia ſit productum, principium ſanè
temporis hîc non intelligendum eſt, cùm illi ad viſibilem hunc
Mundum non pertineant; atque adeò, cùm ſine motu non ſit tem-

pus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

pus, ad tempus nullum habeant reſpectum , ſed menſurentur ævo. In quò ævo utiq; principium , ac adeò momentum quoddam 12.
primum, locum habet , ſecus atq; in æternitate ipſa perperam à noſtro Theologo momenta, *primum* , *ſecundum* , *tertium*, aut ſi quæ alia, finguntur : de quibus in progreſſu. Eſt nempe Ævum velut circulus, Æternitati, velut centro indiviſibili , ac infinito tamen , ratione quadam certâ adjectus ; ortus quidem ſui habens aliquod exordium, at totus interim ſimul conſtitutus ; conſiſtens totus ac immobilis in ſemetipſo; prorſum uno eodemq; modo ſeſe habens, ſi ad indiviſibile æternitatis punctum conferatur, reſpectu cujus adeò & ipſe totus ſimpliciſſimus exiſtit ; at interim in ſemetipſo ita eſt extenſus , ut pars in eo ſimul exiſtente toto, alia poſt aliam ſucceſſione quaſi aliqua à circumobeunte alio notari queat; utque ita ſucceſivo temporis fluxui univerſo, velut ſigno per circumferentiam illius circumacto, perpetim reſpondeat: quam Æternitatis, Ævi, & Temporis qualemcunque comparationem exhibuimus diſp. Metaph.4.th. 29. & ſeq. Sic ergo in æter- 13.
nitate, principio ac fine carente, ac penitus indiviſibili , datur ævi ſimul exiſtentis, ac in ſeſe permanentis, aliquod principium ratione ortus ſive conſtitutionis. Ac in ipſo ævo tandem temporis principium à Deo conſtitutum atq; deſignatum eſt, cùm mundanorum corporum incepit motus. Sed cùm ex ipſa definitione aliam creationem non agnoſcat noſter hic Theologus , quàm quæ *in temporis principio* ſit facta, omnino à Creationis (quam definit,) opere excludit cælum illud Cælorum cum omnibus Intelligentiis, quæ antè temporis principium , vel ipſo conſitente , extiterunt.
Atq; hunc errorem ſuum, (licet illum poſtmodùm diſp. 3. th. 4. 14.
in Auguſtino Steucho reprehendat,) magis inſuper confirmat, ac luculenter admodùm inculcat , exponens mox in definitione ipſum univerſum opus Creationis, quod Deus fecerit ac perfecerit, eſſe *Mundum univerſum*, quem per partes inſuper declarans, dicit eſſe *Cælum, Terram, Mare, omniaque in iis comprehenſa*: Ne verò quis ſub nomine *Cæli* hîc fortè ipſos quoq; Angelos intelligi exiſtimet, id quidem manifeſtè cavet Med 18. hujus Sect. ubi *Cælum, Terram, Aquas, à creaturis ſpiritualibus* diſcernit. Ac tandem Sect. 2. Med. 5. ſatis clarè ſuam mentem exprimit: Ut adeò omnino Angeli ab opere Creationis per eundem excludantur. Sic 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſanè, niſi inconſultè admodùm loquatur paſſim, ac intricatã valde
atque ſibi ipſi repugnantem faciat Theologiam, vel potiùs ipſe
calidum & frigidum ex uno eodemq; ſpiret ore, omnino haud
obſcurè fovet hæreſes turpisſimas, Hæreticiſq; nimis latam viam
aperit: Nam porrò, ſi *principium temporis* in Creationis defini-
tione ſit intelligendum, ante quod tum fuerint Angeli cum ſuo
habitaculo, ex ſententia Theologi, (quippe ante Mundum hunc
viſibilem, fatente ipſo noſtro Theologo,) quacunq; tandem ratio-
ne, ſaltẽ non creatione propriè dicta, quam hîc Theologus voluit
definire, producti, utique viderit ipſe quo modo ipſo duce tan-
dem non latisſimè graſſetur illa hæreſis, quæ Filium Dei Deo coæ-
16. ternum, ac ipſi Deo coëſſentialem negat. Nam & ita peſſimi
Hæretici, cùm *in principio* fuiſſe dicitur ὁ λόγος *Verbum* Dei, ex
noſtri Theologi interpretatione *principium temporis* poterunt
reponere, in quo principio jam tum fuerit ὁ λόγος, ſc. cum reliquis
Intelligentiis, ac ipſo Cælo tertio, quocunque tandem modo pro-
ductus: At ſaniores ſanè hoc principium interpretantur produ-
ctionis rerum quarumcunque earum quæ ſunt præter Deum: ut
adeò fuerit Dei Verbum, cùm nihil adhuc eſſet quod non cum
eſſentia divina eſſet idem; fueritque adeò reverà Deo coæternum,
17. ac immutabili eſſentiæ ejuſdem ὁμοούσιον. Quòd autem porrò dici-
tur *ſolus ipſe Deus feciſſe ac perfeciſſe Mundum univerſum*, id mi-
nimè eſt ſatis ad Creationis naturam exprimendam, niſi inſuper
ex nihilo feciſſe, ac ita deinceps perfeciſſe, addatur, ut jam antè
monuimus. Nam, fecit quoque Deus ſolus univerſum hominem
ſexto die: at non fecit eo die univerſum hominem creatione pro-
priè appellatâ, ſeu purâ & primariâ; ſed cum naturali quadam
18. ἐνεργείᾳ mixtâ. Quippe, quatenus *fecit* hominem *ex pulvere terræ*,
ita certè non creavit; ſed tantum quatenus immediatè & ex nihilo
productum ſpiritum corpori virtute omnium creaturarum facul-
tatem ſuperante elaborato inſpiravit; eundemque illi conjunxit:
atq; ita univerſum hominẽ per partes *factum*, (partim per creatio-
nem abſolutè, partim concurrente aliquâ cum Dei operatione na-
turæ ἐνεργείᾳ,) unione partis utriuſque naturali ac verè hypoſtaticâ
19. *perfecit*. Aut, ſi ipſum *facere* & *perficere* ſimpliciter pro ipſo *creare*
habeat Theologus, utique Deo ipſe varios in Creatione ſocios ac
miniſtros tribuit, ac inſuper contra S. S. Scripturæ veritatem aſſe-
rit, Deum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

rit, Deum *ſolum* omnia *feciſſe*. Quippe ſolus ipſe Deus Creator,
ſolus per ſe omnem Creationis actum exercens, omnia ſolus *ex*
nihilo efficiens ac producens, nullo in hac infinitæ poteſtatis
operatione utens ſocio, directore, vel miniſtro, variis tamen me-
diis deinceps, à ſe ipſo creatis, ac convenienter ordinatis, in per-
ficiendo Mundo uſus eſt. Nempe, vi quidem ſupernaturali attol-
lens terram, juſsit aquas ipſas, ſuâ nempe gravitate, à Deo ipſis
inditâ, confluere in locum unum aliquem decliviorem, ut con-
ſpicua eſſet arida. Gen. 1. v. 9. Juſsit terram ipſam germinare
germen, ac producere herbas, & arbores in ſpecies ſuas. verſ. 11.
Etenim, illud, *Producat terra*, omnino ſignificat *vim à me acce-* 20.
ptam habeat producendi germen, ut exponit Zanchius part. 2. lib. 1.
cap. 3. th. 2. in fine. Atque ita reverà *habet prima illa per*
Creationem formatio & in terram inſitio herbarum & arbo-
rum hoc connexum opus divinæ omnipotentiæ, QUOD TERRÆ
DEUS INDIDERIT VIM PLASTICAM, *ad excipienda*
benignè & fovenda herbarum ſemina in ſuo quaſi utero, ut
ipſe noſter Theologus loquitur, diſp. 4. Loc. de Creat. th. 14. a-
deóque hoc connexo opere, & ab omnipotentia ſua (addo, boni-
tate atque ſapientia,) conſtituto adminiculo uſus fuit Deus in
creatione herbarum & arborum, quòd terra ipſa vi ſuâ plaſticâ, à
Deo ſibi inditâ, juſſu Dei germina ex ſeminibus per Dei omni-
potentiam terræ commiſsis, calore item ex motu atq; luce proge-
nito concurrente, protrudere ac emittere potuerit, Deo interim
verbo ſuo ſupra omnes omnino ſecundarum cauſarum vires ope-
rante. Uſus autem fuit Deus eo adminiculo à ſe condito, non 21.
quòd eo ipſe indigeret, (quippe infinitâ ſuâ virtute omnia ex ni-
hilo uno eodemque momento producere potuiſſet,) ſed quod ta-
lem operationis rationem, in ipſo rerum ordine deinceps valitu-
ram vellet adornare. Et quamvis terræ jam tum illa vis plaſtica à
Deo eſſet indita, cùm germinabat germen; haudquaquam tamen
illa ſatis erat ad proferendas plantarũ ſpecies ſine concurſu ſuper-
naturalis Dei operationis: quippe cùm pleræque frutices & arbo-
res non niſi ex ſemine naturaliter queant produci: ut hîc adeò ſe-
cundaria Dei creatio, conſpirans cum actione quadam naturali,
ſit manifeſta. Mox porrò Luminaria eſſe juſſit in expanſo cæli, ad 22.
afferendam lucem ſuper terram. verſ. 14. 15. At in hunc finem u-
ſus fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſus fuit ſaltem primævâ illâ luce, primo die à ſe conditâ, vel ipſo noſtro D. Doctore idem confitente diſp. 4. th. 18. Atque adeò hîc quoque cum creatione Dei connexum fuit opus aliquod divinæ omnipotentiæ, ſapientiæ, ac bonitatis, refulgens in ipſa creatura, quòd nempe ipſa Lux, à ſolo unicoque Deo condita, nunc porrò juſſu Dei *fecerit* actu Luminaria, ad afferendam lucem ſuper ter-
23. ram. Sic porrò juſſit Deus aquas progignere reptilia animantia, & volucres volare juſſit ſuper terram. &c. verſ. 20. Nempe, *creavit* ipſe Deus *cetos magnos, & animantia omnia repentia, quæ abundè progenuerunt aquæ:* Ubi ſanè cum creatione Dei, quæ eadem ſolius Dei eſt, naturalis etiam aliqua operatio aquarum concurrit: ut ita ſolus quidem ipſe Deus creans, haudquaquam *ſolus fecerit*
24. *& perfecerit*. Et, utut fortè hoc poſterius, (quòd nempe *aquæ progenuerint animantia*, cùm crearet Deus,) è ſuo cerebro Moſes addidiſſe videatur noſtro Doctori, quando diſp. 5. Loc. de Creat. th. 1. de animantium brutorum creatione acturus, *quam credimus*, inquit, *à ſola divina omnipotentia effectam, non interveniente, aut ad materiæ efformationem, aut ad ejuſdem informationem, ullo naturæ aquarum aut terræ artificio:* utut, inquam, hoc ſe habeat, ſaltem illa unius ac ſolius Dei creatio, (adeóque propriiſſimè dicta creatio,) facta eſt *formatis ex materia corporibus ipſorum* animantium, teſte Theologo, ibidem. At ſi quis omnem omnino creationem talem eſſe credat, ut non aliâ ratione Deus *ſolus fecerit* ac *perfecerit* res creatas, quàm ſimili modo ex aliquo præexiſtente ſubjecto faciendo, (qualem ſolam ſuâ definitione non obſcurè viſus eſt Theologus innuere,) is utique omnino impius dicendus
25. eſt. Porrò in productione animantium terreſtrium terra quoque ſuum munus Dei juſſu exercuiſſe, ſecundùm ac per eam facultatem, quam à Deo nacta erat, (ſolo interim creante Deo) ſatis innuit verſ. 24. 25. Ut adeò omnino falſum ſit, quod ponitur in definitione, ipſum Deum *ſolum* omnia *feciſſe* atque *perfeciſſe*; licet ſit veriſſimum, ſolum unicumque Deum omnia creâſſe. Et, ſiquidē ex eo ipſo, quod ſolus Deus *faciat & perficiat* (omiſsâ etiā voculâ *ex nihilo*,) eſſentia Creationis ſit conſtituenda; quid, quæſo, cauſæ eſt, cur non dicatur etiam Deus creâſſe Chriſtum homi-
26. nem, (quem novimus ex Maria virgine genitum,) cum hîc omnino fuerit ſolius Spiritus S. aliqua miraculoſa operatio conceptus,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

quæ non niſi ſoli Deo tribuenda eſt? Sed ipſam in Creationis opere cauſarum naturalium, à Deo conſtitutarum, & ab eodem dependentium concurſum, unâ cùm creatione Dei conſpirantem, ſat luculenter docet illud ipſum *ſex dierum ſpatium*, (quod à Theologo in definitione rectè additur,) ut in Theatr. Nat. univ. p. 1. diſp. 3. q. 1. § 15. obiter innuimus. Creatio enim, quâ creatio eſt, omnino momentanea eſt operatio, utpote in qua vel nullum penitus ſubjectum eſt, vel ſaltem nulla, ratione infinitæ virtutis agentis, datur reſiſtentia, nec motui ergo ulli aut ſucceſsioni locus eſt. Ex dictis manifeſtum eſt, non uno modo definitionem noſtri Theologi impingere in ſanum Religionis orthodoxæ ſenſum; ac multis ſibi modis ipſummet Doctorem noſtrum contradicere.
Rejectâ ergo hac ineptâ nimis ac erroneâ Creationis definitione, 27.
noſtram deſcriptionem, longè meliorem ſubſtituimus, poſitam à nobis olim, in Theatr. Nat. univ. part. 2. diſp. 1. q. 1. § 10. ubi poſt primariæ ac ſecundariæ Creationis differentiam expoſitam, diximus *Creationem* eſſe *productionem rei ſive materialis ſive immaterialis, vel ex nihilo,* (ſimpliciter,) *quæ omnino immediate ſit à Deo,* (hoc eſt à ſolo Deo;) *vel ex materia præexiſtente at inhabili, immediatâ itidem* (adeóque ſolitariâ & ex nihilo producente,) *præter cauſas ſubordinatas*, (naturali facultate agendi inſtructas,)
virtute divinâ ad eandem conſpirante. Quæ tandem in Doctoris 28.
noſtri definitione ſubnectuntur, quæque finem innuunt Creationis, magnam partem manca ſunt & mutila. *Impreſſit* equidem Deus Opt. Max. *Creaturis univerſis veſtigium Bonitatis & Sapientiæ ſuæ:* Ipſa nempe Dei bonitas cauſa fuit προηγουμένη, cur hoc Univerſum conderet: cúmque ab eo livor eſſet alieniſsimus, omnia ſibi, quoad fieri potuit ſimillima fieri voluit. Bonitatis ergo Dei aliquod veſtigium, ac verè ipſius Dei eâ ratione aliqua imago, in Creationis univerſo opere refulget. At ipſa Dei bonitas
non omnibus creaturis ex æquo eſt communicata. Velut enim 29.
ipſe Deus omnes perfectionum gradus, & quos noſtra ratio aſſequitur, & qui rationis captum ſuperant in infinitum, eminenter propriâ eſſentiâ complectitur; ita varios equidem perfectionum gradus placuit ipſi Deo, pro immenſa ſua bonitate, in hoc Univerſo, velut in tabella adumbrare: ex quibus mens humana & angelica, utcunque, velut in depicta imagine, infinitam Creato-

ris ſui excellentiam agnoſceret & agnoſcendi ſemper novam ob-
30. tineret anſam. Cùm autem ipſa bonitas communicata Creaturis,
ſit entitatis earundem eſſentialis aliqua perfectio : è variis perfe-
ctionum gradibus homo inter cætera omnia, quæ ſunt in uni-
verſo ſaltem hoc terrarum orbe, eſſentiæ perfectionem nobiliſſi-
mam eſt conſecutus. At ſola *Entitas* ex æquo eſt communicata
creaturis omnibus. Quæ cùm in ipſo Deo eminentiori ratione
inſit, ab eſſentia illius non diſtincta, cúmque eadem in creaturis
omnis bonitatis fundamentum ſit; Deus volens bonitatis ſuæ in-
tima viſcera aperire, & creaturæ ſuæ univerſæ aliquâ ſaltem ra-
tione ſemetipſum ſimilem monſtrare, ab eo etiam quod imper-
fectionis rationem obtinet in creaturis, nimirum *Entitate*, ſe
31. appellat: EGO SUM, inquiens, *miſit me ad vos.* Exod. 3. Sic ne
materia prima quidem, utut ſolâ entitate conſtans verâ bonitate
nondum erat exornata, habuit de quo potuerit conqueri, veluti à
Creatore nihil ipſi fuerit communicatum. Hanc verò entitatem
ita intimè participatam fecit Deus creaturis, ut pronunciare auſus
fuerit Calvinus Inſt. lib. 1. cap. 1. § 1. *ne id quidem ipſum quod ſu-
mus, aliud eſſe quàm in ipſo Deo ſubſiſtentiam*: In ipſo namque Deo
vivimus, movemur, & ſumus. At *Sapientia* divina, cùm à Dei *Bo-
nitate* realiter diſtincta non ſit, ac neutra diverſa ſit à Dei ſim-
pliciſſima eſſentia, imago utique divinæ Sapientiæ in Creaturis i-
32. pſis quoque eſt impreſſa. Sed quare hîc *Potentia* Dei erit exclu-
denda? quam noſter Doctor non attingit. Equidem haudqua-
quam propriam ſuam ac eſſentialem *Bonitatem* Deus creaturis
impertivit, ut Creatura ipſa facta fuerit Deus; ſed eſſentiæ quidem
ſuæ propriam habentes bonitatem, quam à Deo nactæ ſunt, Opi-
ficis ac Conditoris ſui bonitatem infinitam veluti in ſpeculo in
ſemetipſis qualicunque modo repræſentant. Nec verò univerſa
Dei Creatura *Sapiens* eſt reddita, ſecundùm omnes partes; ſic e-
nim lapides & trunci etiam haberent Sapientiam: at Creatoris in-
terim Sapientia ex Creaturæ univerſæ machina pulcherrima me-
33. ridianâ luce reſplendeſcit elegantiùs. Sic quoque licet Dei Crea-
toris *Omnipotentiam* non fuerit nacta Creatura? omnipotentis
tamen Dei manifeſtum in ſe continet veſtigium, ut rectè adeò
dixerit Baſilius: *Ut Bonus utile fecit; ut Sapiens pulcherrimum: ut
Potens maximũ*, quippe quod è nihilo ſit productum: At profectò,
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

qui *ex nihilo* productionem non agnoſcit, quique ad Creationis definitionem eam pertinere neſcit, mirum utique non eſt, ſi is Dei *Potentiam* ex Dei creatura non ſuſpiciat. Quod ergo Potentiæ 34.
divinæ veſtigium hîc fuerit prætermiſſum, id quidem optimè cohæret præcedentibus; at peſſimè conſentit Religioni Chriſtianæ. Quæ noſtra ſuper Dei hoc veſtigio, in Creaturis univerſis refulgente, fuerit meditatio, vid. in Hexaëm. noſtr. diſp. 7. § 33. 34. Divinæ ergo tantùm Bonitatis atque Sapientiæ *veſtigium* in univerſis creaturis agnoſcit quidem Myſta noſter Theologicus; At *ſpeciatim verò Creaturis rationalibus ipſam Dei imaginem impreſſam* aït. Quid verò differentiæ inter *veſtigium* illud Dei, ipſamque *Dei imaginem* interſit, operæ pretium fuiſſet declarari: nec enim illud protinus Tyronibus eſt notum. Haud equidem 35.
exiſtimem, Doctorem noſtrum cum Epicuro membra humana Deo aſſignare: ut alia imago ſit, quæ ſolo pede imprimatur, quam hîc *veſtigium* appellet; alia verò quæ à toto corpore refulgeat, quæ κατ' ἐξοχὴν *imago Dei* appelletur. Certè partium in Deo nulla eſt diſtinctio: totus pes eſt, totus manus, totus oculus, totus reliqua omnia, ac interim in ſemetipſo indiviſus atque incorporeus: totus ſua eſt ipſius Sapientia, totus ſua Bonitas, totus ſua Potentia: totus omnia, ac ſolus omnia eſt in omnibus. *Veſtigium* ergo Dei, 36.
ipſa quoque Dei eſt *imago*: At interim peculiare quippiam in Creaturis rationalibus divina Pagina inculcat, quod ſingulari quadam ratione Speculum cenſeri debeat divinæ gloriæ, & in quo *imago Dei*, vel *ſimilitudo Dei*, vel *veſtigium* illius, ſingulari quadam ratione eluceſcat. Eſt autem ea *vera pietas*, *juſtitia*, *puritas*, & *intelligentia*, ut exponit Calvinus lib. 1. Inſt. cap. 15. § 4. Quæ etiam imago Dei puris Intelligentiis ſeu Angelis cum ipſo homine communis eſt, niſi quòd in eos contributa ſit nobiliori quodam ac perfectiore gradu, eodem Calvino Judice cit. loc. § 3. & lib. 2. cap. 12. § 6. Quò ſpectat illud Pſalmi 8. *Minorem quidem feciſti eum paululùm Angelis; ſed gloriâ & majeſtate coronâſti eum.* Hanc Dei imaginem in rationali 37.
anima, (quæ pars in homine propria illius ſedes, unde univerſo homini communicetur, quamvis & in homine externo per ſe refulgeat Dei gloria, ut citato antè loco loquitur Calvinus,) itemque in Intelligentiis, pulcherrimè depingit Molinæus de Cogn.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Dei § 25. *Deus*, inquit, *Spiritibus affudit lucem intellectualem, &*
cognitionem veri, quæ eſt quaſi ſcintilla divinæ lucis; voluntatem
verò eorum, cujus eſt ciere motus, & producere actiones, ornavit
juſtitiâ & ſanctitate. His addit immortalitatem & libertatem vo-
luntatis, quæ ſunt Divinæ Imaginis *lineamenta quædam, &*
38. *Dei imitamenta.* Hac ergo eminentiori ratione omnibus omnino
Spiritibus in prima ipſorum Creatione impreſſa fuit imago Dei;
non ſolis (quæ Doctoris noſtri eſt ſententia, quando à Creationis
opere excludit Cælum cælorum cum ſuis Habitatoribus,) non ſo-
lis, inquam, (*Creaturis rationalibus in hoc Mundo comprehenſis:*
Quam equidem ſententiam ſuam Theologus noſter non ſine bi-
le alibi contra nos urgebat vehementiùs, cùm indignè ferret ad-
modùm, & vel periculoſè vel iniquè judicaret dictum, *nihil ma-*
gis abſurdum eſſe, aut majori cum ſuperbia conjunctum, quàm ſi ho-
minibus non videatur ſatis, inter ea omnia, quæ terrarum orbis ha-
39. *bet, ſolos ad imaginem Dei eſſe conditos.* vid. Apol. noſtr. Art. 3. So-
los ergo homines ad imaginem Dei conditos exiſtimat: adeóque
inter Creaturas omnes, ſolos homines credit eſſe rationales: Quòd
ſi ergo Entia quæcunque alia præter Deum & hominem ratio-
nalia dicenda ſint, ea utique D. Doctori noſtro non videntur in-
ter Creaturas referenda. Quod denuò cum ejus hypotheſibus
prædictis congruè cohæret, ut omnino increati ſtatuantur Angeli
cum ſuo Habitaculo; at longè interim à Religione Orthodoxa id
40. remotum eſt. Sed, quoniam Calvino quidèm, Molinæo, aliiſque
Viris verè orthodoxis, Intelligentiæ omnes verum imaginis di-
vinæ veſtigium impreſſum gerunt: ſi quidem Aſtris Intelligen-
tiæ ſint præſtitutæ, (quod equidem arbitrii aliorum facimus,) ut
formæ informando aſſiſtentes, (quæ equidem Antiquitatis uni-
verſæ eſt ſententia, negotium Religionis minimè attingens,
niſi fortè per ſtramineas quaſdam conſequentias,) imago certè
Dei ſpeciali quâdam ratione jam expoſita, non ſecus atque ho-
41. mini, iiſdem tribuenda erit. Quin &, ſi Mundus univerſus intel-
lectu præditus ſit ſtatuendus, (quod licet quidem ipſa Creaturæ
univerſæ bonitas exigere videatur, quæ, quantum Creaturæ pa-
titur conditio, eſt optima à Deo condita, nos tamen non urge-
mus,) totus utique hic Mundus eâdem ſpeciali ratione ad imagi-
nem Dei conditus cenſendus eſt: Eritque ita homo univerſæ Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

creaturæ quaſi aliquod compendium. Sed eam conſtitutionem Mundi Univerſi & Aſtrorum, in præſentia, ut diximus, haud pertinaciter urgebimus. Quamvis eam non obſcurè videatur innu- 42.
iſſe Molinæus de Cognit. Dei, § 24. Ubi, *Cùm nihil ſit, quod potiùs debeat pingi*, inquit, *& imagine exprimi, quàm quod pulcherrimum eſt, Deus, qui eſt primum pulchrum, voluit ſuam ipſe imaginem ducere: & ut in Minerva Phidiæ, ipſe artifex ſimilitudinem ſui indelebilem operi ſuo impreſſit.* Certè pulchrius ac melius eſt illud quod eſt intellectu præditum, quàm quod eodem deſtitutum eſt; ac longè elegantius & ordinatius quod per ſe unum eſt, idemque nobiliori præditum eſſentiæ perfectione, quàm quod per aggregationem unum appellatur. Hac ferè ratione motus Plato in 43.
in Timæo: *Fas*, inquit, *neque erat, neque eſt, quicquam niſi pulcherrimum facere eum, qui eſt optimus. Cùm igitur excogitâſſet, invenit nihil eorum, quæ ſecundùm naturam aſpectui ſubjecta ſunt, ſi expers Intelligentiæ ſit, intelligente alio, totum toto, pulchrius unquam fore; intellectum verò alicui ſine anima dari non poſſe: Hac ratione mentem quidem animæ, animam verò corpori dedit, totumque ita Mundum conſtituit, ut pulcherrimum naturâ opus optimumque foret.* Hac ergo ratione Plato quidem univerſum Mundi Opificium *ſempiterni Dei ſimulachrum* appellavit, quo pulcherrim[illegible]rehenſo, delectatus fuerit opere ipſe genitor. Hanc nobiliorem [illegible]eo Creatori 44.
gloriam, è pulchriore Creatura redundantem, ipſi [illegible]thnici non inviderunt: quam, (ſi quidem operæ pretium mereri viſa eſt vel in ipſamet Theologia,) quibus rationibus ficulneis, ac cavillationibus ineptioribus, evertere conetur noſter Adverſarius, videbimus examine mox inſtituto ad ſecundam ejus Diſputationem. Interea, utcunque tandem illa Mundi conſtitutio ſe habeat, *haud fruſtra*, ut Calvinus aït Inſtit. lib. 1. cap. 15. § 3. *peculiari hoc elogio Dei erga nos gratiam commendat Moſes*, (quòd nempe ad imaginem Dei conditi dicamur,) *præſertim cùm viſibiles tantùm creaturas*, (ſeu eas quibus Dominus præſtituendus erat homo,) *homini* (quem inſtruebat ad ſalutem,) *comparet*. Reverâ e- 45.
nim oportebat eum eſſe nobiliori ſpecie adornatum, qui hîc in orbe terrarum univerſo præfecturam obtineret; cui dominium concederetur & in piſces maris, & in cæli volucres, in pecudes &

univerſam terram, & in omnia animantia quæ repunt ſuper terram: nec verò ſuam ſortem oportebat ignorare eum, qui ſe Dei gereret Vicarium in terris. Homini ergo, cui ſcripta eſt Hiſtoria Creationis, ea ſpeciatim & imprimis ſunt exhibita, quæ ad ſui ipſius propriam cognitionem attinebant, ut ex ſe ipſo cognito exactiùs, ad Deum creatorem ſuum cogitatione ſe feliciùs converteret.

46. De mentibus angelicis, ac aliis ſimilibus, quæ ad inſtitutum Moſis minùs attinebant, ferè altum in Hiſtoria Creationis eſt ſilentium. Non illic corporum cæleſtium natura traditur, non rationes motuum, non facultates naturales; Non totius Univerſi forma aut figura declaratur; nec *veſtigii* quidem ejus, quod à Deitate eſt impreſſum creaturis univerſis, ratio quædam exquiſitior exponitur: Quippe rationalis illa creatura, verè Dei imagine inſtructa, non alium in finem in Theatrum hoc divinæ Bonitatis, Sapientiæ, ac Potentię, introducta eſt, quàm ut proprio intellectu admiranda Dei opera inveſtigaret; & ex ipſa Creatura ſplendiſſima, pulcherrima, ac perfectiſſima, de Creatoris pulchritudine judicaret, ac majorem ita Dei gloriam extolleret.

47. Sed, quòd ſi Univerſi illa elegantia illuſtrior non ſat concinna viliori forſan videatur operi, rejiciatur quidem illa Mundi anima & intellectus: at nihilominùs imago quædam Dei in univerſo Dei opere, quantumvis elegantiâ priori cedens, veluti in ſpeculo ſat manifeſtè refulgebit. Ipſe enim Deus, qui eſt primum pulchrũ ac bonum, qui ipſe infinita pulchritudo eſt ac bonitas: qui pulchritudinis ac bonitatis gradus omnes uno gradu eminenti continet, intenſione & extenſione omni carens, finitis rebus à ſe conditis diverſos pulchritudinis ac bonitatis gradus ita optimè contemperavit, ut ex naturis diverſiſſimis pulcherrima & optima in toto Univerſo harmonia conſtituta ſit, ac ſymphoniæ modulamine ſuaviſſimo vel bruta etiam corpora immenſam Dei reſonare gloriam comperiantur.

48. Inviſibilis Dei noſtri, indiviſibilis at infiniti numinis, viſibilis quædam ac finita ſpecies per partes ac per gradus indita eſt univerſo Dei operi; non niſi eò imperfectiorem Dei imaginem reflectens, quò rebus animâ & intellectu deſtitutis anima & intellectus ipſe eſt præſtantior. Sed hunc defectum tantæ Dei machinæ & excellentis opificii, tantilla Mundi portio, ſi fortè ita viſum ſit, nimirum Homo, ſuppleat: Hic ſuper omnem creaturam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ram Dei ſe efferat; ac Deum penè alterum ſe prædicet, vel ſpretis
etiam præ ſe Intelligentiis & Angelis. In hujus finem unicè hæc u-
niverſa Mundi operoſa moles eſto condita: quam neq; ſenſu ipſe
neque intellectu totum concipit; in qua quotidie tam multa ori-
untur, tam multa extiterunt olim, ac eſſe tandem deſierunt, quæ
à nullo hominum vel viſa ſunt vel intellecta unquam, quæ nulli
unquam uſum ullum præbuerunt: Hæc, inquam, ſua homo glo-
rietur eſſe omnia, dominio terrarum orbis, à rerum Conditore
Deo ſibi deſtinato, non contentus; At piè tamen & prudenter ca-
veat, ne ſi cum Icaro fortaſſe ſe attollat altiùs, mox à calore Solis
æſtuante reſolutis alis in profundum delabatur. Ipſos quoque 49.
Angelos ſuperbia præcipitavit in abyſſum: quæ & ipſa è nobiliori
ſtatu hominem dejecit. Tunc verè totum Univerſum ſui juris fe-
cerit humanus animus, cùm undecunque ad majores Dei laudes
ſibi conquiſiverit materiam; tunc verè Mundum propter ipſum
conditum agnoverit, cùm altiùs ingenium ad perluſtranda Dei
opera evexerit, & ad agendas ſoli Deo gratias, ac celebrandam
ejus gloriam ſeipſum compoſuerit: Tunc demum verè Dei ima-
ginem in nobis ipſis agnoſcemus, cùm animum humillimum ex-
celſo Deo ſupra omnem Mundi creaturam piâ contemplatione
admoverimus; at ita minimè quæ retro ſunt, vel unà ſe nobiſcum
efferunt in Dei laudes, contempſerimus. Parum nobis ad ſalutem 50.
confert ipſa Mundi forma, vel externa, vel interna; vel infor-
mans; vel aſsiſtens: niſi ex quacunque tandem ejus conſtitutione
Deum Creatorem ac Rectorem omnium agnoſcamus: quæ ſanè
contemplatio ut acuit ingenia Philoſophorum; ita Deo conſe-
cratos animos haud parum pietate imbuit: Huc ergo rationem
noſtram non aliâ ratione convertamus, quam ut illuſtriorem Dei
imaginē in nobis reparemus. Immenſum illud Dei opus ita nobis
piis meditationibus volvendum eſt, ut ex ipſa contemplatione
Bonitatis, Sapientiæ, ac Potentiæ divinæ, meliores ipſi, ſapientio-
res, humili & ſubmiſſo ſpiritu potentiores evadamus. Sic nihil 51.
noſtrum eſſe, cùm tamen omnia ſint ſubjecta nobis, agnoſcemus;
ſed omnia ad ſolius Dei gloriam, à quo, per quem, & propter quem
ſunt omnia, conatu omni atq; ſtudio intenſiſsimo referemus. Hoc
pio ſtudio abolita propemodùm in nobis ipſa Dei imago denuò
reſuſcitabitur; ac Deo duce atque adjutore adſpirantes ipſi in hac

vita,

vita, plenè tandem ac perfectè hoc curriculo tranſacto in eandem transformabimur. Hæc ad Creationis definitionem à Theologo propoſitam habuimus in genere notanda ac monenda: Nunc porrò ſingula per partes, præeunte D. Theologo, ad pietatis atque veritatis normam revocabimus.

MEDITATIO V.

Actionem voluntariam extrorſum operantem dicimus, ut diſtinguatur in genere, ſeu in communi ſua natura, tanquam à liberrimo Dei decreto præfinita, à naturalibus neceſſariis non liberis, nec non à perſonalibus intrinſecis actionibus in Deitate: extrorſum enim omnia Deus efficit ex conſilio voluntatis ſuæ: Epheſ. 1. 11. Actio autem extrorſum operans rurſus diſtincta eſt ab ipſo æterno decreto, quamvis ipſum ſit actio extrorſum relata.

COMMENTARIUS.

1. Creatio dicitur *actio voluntaria extrorſum operans, ut diſtinguatur in genere ſeu in communi ſua natura, tanquam à liberrimo Dei decreto præfinita, à naturalibus neceſſariis non liberis, nec non à perſonalibus intrinſecis actionibus in Deïtate.* Hæc equidem ſententia orthodoxæ Religionis noſtræ apprimè conſentit; at illi non conſentit ipſemet Theologus diſp. 5. Loc. de Deo, th. 15. Ubi agens de ea *Præſcientia* Dei, quæ *Scientia viſionis* dicitur, nempe, *quâ Deus ſcit omnes res juxta decreti prædefinitionem futuras independenter à tempore futuro*, (ut ibid. th. 13. exponit,) vult ac contendit *iſtam* Præſcientiam *minus rectè dici vulgò Liberam, aut Voluntariam Dei ſcientiam*: atque hanc rationem addit, *quia, quamvis non ſit abſolutè in primo æternitatis momento neceſſaria hæc ſcientia, propter liberè & contingenter à Deo definitum objectum; attamen ex hypotheſi omnino neceſſaria eſt: quippe à qua Deus abſtinere non poteſt, ſine illius abſolutè neceſſariæ infinitæ ſci-*
2. *entiæ abnegatione.* Nondum hîc Socini illam hæreſin, quo æternitatem ſucceſsivam ſtatuit, in Doctore noſtro perſtringam, arreptâ occaſione ex momento primo, ſecundo, tertio, quæ cit. diſp. 5. Loc. de Deo, æternitati ab eodem tribuuntur: nam in progreſſu ea de re agendi dabitur occaſio. Hoc tantùm impræſentiarum urgeo: Si *Præſcientiam Dei minùs rectè Liberam aut Voluntariam Dei ſcientiam* dici contendat, omnino negari ab eodem,

actionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

actionem illam Dei extrorſum operantem, quam in Creationis definitione ponit, verè eſſe *Voluntariam*: ut pote, quæ æquè dependet à decreto Dei, atque adeò ex hypotheſi Doctoris noſtri æquè neceſſaria eſt, atque ipſa Dei Præſcientia: à qua nempe Deus abſtinere non poteſt, niſi decretum ſuum reddat irritum. Ut adeò exactiſſimè hîc D. Doctor Fatum Stoïcum introducat 3.
ac propugnet, quo Deus ipſe inevitabili neceſsitati ſubjicitur, quam nulla vis rumpat. Quippe & ipſi Stoïci liberum Dei decretum non negârunt; ſed eo præſuppoſito negârunt liberas Dei actiones. *Eadem neceſſitas*, inquit Seneca de Provident. *& Deos alligat: irrevocabilis humana ac divina pariter curſus vehit. Ille ipſe omnium conditor ac rector ſcripſit quidem Fata, ſed ſequitur: Semper paret; ſemel juſſit.* Quin ne ipſum quidem Dei decretum ſecun- 4.
dum noſtrum Theologum, nunc ampliùs eſt liberum. Nam, cùm *primo quaſi æternitatis momento* aſſignat *Scientiam Dei abſolutè neceſſariam, quâ Deus ſe ipſum intimè cognoſcit, & ratione Eſſentiæ omniumque Attributorum, & ratione ſubſiſtentiæ in tribus perſonis*; ſub quâ etiam contineatur, *Scientia accuratiſſima omnium præter Deum poſſibilium, ſeu futura ſint ſeu non futura*: ut verba ejus habent cit. diſp. 5. th. 11. 12. Moxque th. 13. *Ex hypotheſi neceſſariam Scientiam Dei* ſtatuat, *quæ intercedente Dei decreto concipitur, quaſi in tertio æternitatis momento*: Ut adeò *ſecundùm* aliquod *æternitatis momentum Dei decreto* affingat: Utique ſimili cum Doctore noſtro argumentatione quis eodem jure utatur quâ nunc *minùs rectè liberum ac Voluntarium Dei Decretum* ſtatuat; Nempe, *Quamvis non ſit abſolutè in primo æternitatis mo-* 5.
mento neceſſarium Dei decretum, propter liberè & contingenter à Deo definitum in ſecundo demum æternitatis momento objectum; attamen ex hypotheſi omnino neceſſariũ eſt decretum, quando jam conſtitutum ac ratum habetur in ipſo tertio momento æternitatis: quippe à quo Deus abſtinere non poteſt, ſine illius Præſcientiæ prorſus infallibilis abnegatione. Hem verò monſtra ratiocinationum, & horrenda in Religionem orthodoxam offendicula! à fidelibus Dei miniſtris, ac iis omnibus quibus cura & inſpectio Eccleſiæ à Deo eſt commiſſa, quantum fieri poteſt exſtirpanda ocyùs, ne tandem longiùs Gangrænæ inſtar paſſim ſe diffundant, ac radices agant in tenellis animis multorum, nondum ſatis contra talia venena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

6. præmunitis: Quâ autem ratione vel judicio Theologus, ex *liber-tate Præſcientiæ* divinæ, *quâ Deus ſcit omnes res juxta decreti præ-definitionem futuras*, colligat vel inferat *abſolutè neceſſariæ infinitæ Dei ſcientiæ abnegationem*, me ipſo perſpicatiores fortè intellexe-rint: Sanè, ut intelligatur, quomodo illa Dei *abſolutè neceſſaria in primo æternitatis momento ſcientia rerum poſſibilium*, *ſive ſint fu-turæ ſive futuræ non ſint*, abnegari aut everti dicatur ex eo, quod dicatur Deus quaſi in tertio æternitatis momento *liberam* habere *Præſcientiam* earum rerum quas vi præcedentis decreti ſui liber-rimi, ex infinita illa ſylva rerum poſſibilium, certo futuras prædefinivit, id, inquam, ut intelligatur, vel conſequentiæ ratio innoteſcat, haud vulgari intellectus acumine eſt opus: quò fateor inge-nium meum non pertingere. Quòd ſi dixiſſet acutiſsimus Theo-logus ex *Libertate Præſcientiæ* abnegari *certitudinem Decreti*, ut-cunque jam ex ejus ratiocinatione caperem quò collimaret; quod
7. nunc ex ipſa rerum neceſſaria cohærentia percepi. Sed, quaſi verò tandem non omnia in Deo ſimul ſint! vel, quaſi *Præſcientia* in Deo aliquod conſilium propriè, ac inde conſequens Decretum præſupponat: Rectiùs hîc ſanè Scaliger, (quem alibi Theologus perſtringit, quod *extra Scripturam* philoſophetur, vel in rebus minimè Theologicis, ac adeò minimè ad Scripturam attinenti-bus,) ad normam Scripturæ loquitur Exerc. 385. ſ. 8. *Tam eſt impia vox in divinis conſilium* (ſi prædicto modo accipiatur, aut ſi quæ alia ad præſcientiam definitam præparatio in Deo ſtatua-tur,) *quàm pluralitas Deitatis.* Quin imò, tam eſt impia in Deo unius rei ex alio quaſi per diſcurſum derivatio; ac abſolutæ, quæ
8. in Deo eſt, ſimplicitatis abnegatio. Denique, quis vel humanam voluntatem, ac ideam rei gerendæ præconceptam, neget eſſe libe-ram, propterea quòd neceſſariò voluntas ſit ab intellectu practi-co determinata? Sic utut non incommodè Præſcientia Dei defi-nita dicatur *ex hypotheſi neceſſaria*; neceſſitas tamen illa hypothe-tica non tollit libertatem, ut adeò minùs *Libera* ac *Voluntaria* dicenda videatur Præſcientia. Inepta autem porrò à Doctore no-ſtro, ad errorem ſuum magis confirmandum, ac omnem *definitæ Præſcientiæ libertatem* infringendam, comparatio inſtituitur cit. loco, inter Dei *Præſcientiam*, & ejus *in hoc Univerſo Omnipræſen-tiam*: quando addit: *Quemadmodum Omnipræſentia Dei in hoc*

Univerſo

Univerſo neceſſaria eſt, non quidem abſolutè, ut ipſa eſſentiæ Dei immenſitas, tamen ex hypotheſi, poſitâ nimirum hujus Univerſi Creatione. Sanè *Omnipræſentia* illa Dei in hoc Univerſo, ut ad 9.
Deum ſpectat, non eſt ab ipſa ſimpliciſſima *Immenſitate* Dei quid diſtinctum; ſed dum ad Univerſum eadem refertur, quòd in eo toto Deus præſens ſit, jam creaturæ quiddam accidit, nimirum habitudo quædam ejus ad Immenſitatem Dei, veluti finiti ad eſſentiam Dei infinitam. At *Præſcientia* in Deo certarum rerum, vi decreti futurarum, eſt in ſolo Deo; utque à liberrimo decreto Dei ea pendet, ita ipſa eſt liberrima. Nam potuiſſet plura Deus per 10.
decretum ſuum liberum prædefinire, ac adeò *præſcire* uno eodemque actu; potuiſſet item alia, ac aliter prædefinire, ac ab aliis econtrà prædefiniendo abſtinere: manente interim in eodem unâ eademque *ſimplicis intelligentiæ*, ſeu omnium rerum poſsibilium, *ſcientia, per ſe & abſolutè neceſſaria.* (conferat Theologus quæ dixit ipſe diſp. 8. Loc. de Deo, th. 8.) Quæ quidem ipſa quoque ſimplicis intelligentiæ ſcientia non eſt in Deo quiddam prius cæteris attributis, vel ab iis quid diverſum; ſed eſt in ipſo Dei ſimpliciſsimo intellectu *idea infinita rerum poſſibilium*, ſive *per ſe tales* ſint, ſive tales ſint *ex certa aliqua hypotheſi*, (quarum *Mediam Scientiam* inter *definitam* ac *indefinitam* aliqui finxerunt,) hoc eſt, eſt ipſa ſimpliciſsima Dei eſſentia eminenter omnia complectens, ut eſt à Deo cognita. A qua *Decretum* Dei, ac ejus *definita* 11.
Præſcientia, non niſi eâ tantùm ratione differunt, quòd *actus*, qui in Deo ſimpliciſsimus exiſtit, ex infinita rerum poſsibilium idea, ſub intuitu ſimpliciſsimo comprehenſa, res quaſdam certo certiùs futuras *voluntate prædefiniverit*; ac viciſsim eas à ſe prædefinitas certò certiùs futuras aliquando *ſciat* ac *intelligat*: quos tandem omnes, etiam minimas quaſcunque prædeterminato à ſe ævi aliquo vel temporis momento *extrorſum* ipſe Deus *efficit*, (non inquam *creat* omnia Deus, quæ ab ipſo extrorſum fiunt, nec enim ſolus & immediatè omnia producit, ſic enim ſolus etiam malorum omnium ac peccatorum cauſa eſſet,) *efficit* ergo omnia, *ex conſilio voluntatis ſuæ*, quo ipſo abſque omni diſcurſu ſucceſſivo intellectus, ſolâ ſimpliciſſimâque cogitatione & intuitu, omnia certo ordine ac modo prædefinivit.
Omnia ergo quæ in Deo ſunt reverà ſimul ſunt, ab ipſa ſimpli- 12.

ciſſima eſſentia divina non diſtincta: per intellectus verò noſtri
imbecillitatem eſſentiæ divinæ ſimpliciſsimæ ac puriſsimæ non-
nulla *Attributa* aſsignamus, quatenus unam eandemque Dei
eſſentiam diverſimodè operari cogitamus, ac ipſa porrò illa At-
tributa *quaſi* à ſe invicem *diſtincta* nobis fingimus, ac *veluti na-*
turâ (non *tempore*,) alia aliis *priora*: veluti ſubjectum quodvis
naturâ prius eſſe dicimus attributis ſuis propriis, ut v. g. Solem i-
pſâ luce, aut hominem riſibilitate: in quibus ſanè, vel realiter ab
invicem diſtinctis, ineptè admodùm momenta fingeremus ortus
alia atque alia; at in Deo nimiùm periculosè, ut patebit in pro-
greſſu. Certè Deo quidem aliquando quid impropriè tribuimus,
quod utcunque ratione noſtrâ, concipimus, prout in rebus aliis
id obſervamus: At in æternitate aliquod momentum *primum* ne
13. quidem ullâ noſtrâ ratione capimus. *Actio autem* illa Dei *extror-*
ſum operans, quâ Creatio definita eſt, (quæ ſc. à Deo Opt. Max.
ſeu à voluntate illius æterna proficiſcitur, ac in rebus ipſis præde-
finito temporis vel ævi momento extra Deum deprehenditur, ac
terminatur) *diſtincta* utiq; *eſt ab ipſo æterno Dei decreto*, ut rectè
à Theologo notatum eſt; at *decretum ipſum* Dei perperam ſtatui-
14. tur mera talis quædam *actio extrorſum relata*: Quippe ſi decretum
Dei in Deo nihil aliud ſit quàm *actio*, quæ *extrorſum* eſt *relata*,
ſc. ad res ipſas juxta decreti prædefinitionem futuras, utique non
eſt ipſe Deus: Namque ſine illa actione relata ad res certas, & has
potiùs quàm illas, decreto nempe Dei prædefinitas, Deus potuit
eſſe Deus: potuiſſet enim alias & aliter prædefinire, cùm minimè
ſit eadem actionis illius extrorſum relatæ ratio, quæ eſt *naturali-*
um neceſſariarum non liberarum, ac perſonalium intrinſecarum in
Deïtate actionum. Quare actio illa omnino ab eſſentia divina diſ-
cernenda foret, ac foret ita aliquid in Deo, quod non foret ipſe
15. Deus, quod adeò ſimplicitatem ipſam Dei everteret. Sed hoc for-
taſſe mirum non videtur noſtro Theologo, qui & apertè negat
decretum Dei liberum eſſe ipſum Deum. Quippe diſp. 8. Loc. de
Deo th. 3. diſtinguens primùm *Decretum Dei contingens & libe-*
rum, ſeu *definitum Conſilium*, ut vocat ibid. à *Dei Conſilio* ab-
ſolutè dicto, quod illi prælucet: Mox. th. 4. aït *Conſilium* quidem
voluntatis Dei rectè aſſeri per Dei Simplicitatem in Deo eſſe, &
Deus ipſe: *quando* nempe *attenditur illud infinitæ Sapientiæ* In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

DEFINITUM *judicium, & finem, & media, & totam rerum decernendarum ſeriem, librans Sanctitatis & Potentiæ bilance*: At th. 5. ſubjungit, *Quando autem per Conſilium voluntatis Dei, ſive diſtinctâ non confuſâ appellatione decreti Dei, intelligitur Actio definita extrorſum ad Creaturas earumque exiſtentiam determinata*, &c. (hoc eſt, quando intelligitur *definitum conſilium*, quod diſp. 1. Loc. de Creation. th. 5. quam nunc præ manibus habemus, vocat *liberrimum Dei decretum* ac *æternum decretum*, quodque *ipſum* hîc *actionem extrorſum relatam* pronunciat,) *hoc ſano ſenſu affirmari poteſt non eſſe in Deo per modum attributi, neque Deus ipſe.* Nimirum, ut uno verbo dicam, hæc noſtri Theologi mens 16.
eſt: Quamvis *conſilium Dei, quod prælucet Decreto Dei contingenti & libero* (quo ſenſu & quàm uſitatè Noſter *contingens* aliquod Dei *decretum* appellet, & à libero diſtinguat, velut etiam *liberè & contingenter à Deo definitum objectum*, diſp. 5. Loc. de Deo, th. 15. id Theologis deſpiciendum relinquo,) quamvis id *ſit ipſe Deus*; *definitum* tamen *conſilium*, (hoc eſt, rerum certò futurarum,) *non eſt ipſe Deus.* At hoc *definitum Dei conſilium*, ipſum diſtinctâ appellatione propriéque dictum *Dei decretum eſt*: ut ex citatis Theologi verbis eſt manifeſtum: *Decretum ergo Dei non eſt ipſe Deus.* Nempe ſimilis hæc argumentatio illi eſt, 17.
quâ ipſum noſtrum Doctorem aliquando utentem audivimus: *Sine quo Deus potuit eſſe Deus, id non eſt ipſe Deus: At ſine decreto hæc vel illa condendi Deus potuit eſſe Deus: Ergo decretum illud non eſt ipſe Deus.* Quaſi verò iterum Decretum Dei à conſilio ejuſdem aliquid in Deo ſit diverſum! Certè peſſimè in eo fallitur ac fallit alios Theologus, quod actionem Dei æternam, ac Deo penitus eſſentialem, ſeu *actum decernendi*, qui eſt ipſum Dei Decretum ut in Deo eſt, (ab ipſiſsima Dei voluntate & conſilio non diſtinctum, unde *conſilium Dei præfinire*, Act. 4. 28. & *Voluntas Dei velle*, 1. Pet. 3. 17. hoc eſt, Deus ipſe per ſe ipſum præfinire & per ſe ipſum velle, dicitur,) à *reſpectu* ac *relatione* ipſa *extrorſum ad Creaturas* non diſcernat; vel *actionem* aliquam *in Deo* fingat, quam potuiſſet Deus non ſubire, adeóque Deum faciat mutabilem. Actus certè ille, vel æterna Dei actio, quam pro conceptu noſtro indigitamus, *ipſe Deus* eſt; at agentis Dei *relatio extrorſum* eſt, quatenus à Deo definitam creaturarum exiſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tiam ſuo ordine, loco, tempore, vel æternitati convenienti ratio-
18. ne firmiter determinat. Quæ quidem ipſa etiam determinatio, ut in Deo eſt, reverà eſt ipſiſsima Dei Voluntas; at docendi tamen causâ Voluntas velut actus primus, determinatio verò ut ſecundus actus ſive actio aliqua in Deo, ab umbratili noſtro intellectu ſolet concipi. Ea autem *actio Dei* (dicam cum Zanchio ex lib. 1. de oper. Dei, cap. 3. quæſt. 2.) *temporalis non eſt, ſed æterna. Qualis enim actio Dei fuit in creando Mundo? Non certè externa, qualis eſt actio piſtoris, cùm pinſit panem, aut fabri cum facit ciſtam: Sed actio Dei fuit æterna in Deo: Conſilium ſcilicet & voluntas ut tali tempore Mundus fieret. Quando autem hoc cogitavit & voluit?*
19. *Ab æterno.* Ac cum per fidem habeamus cognitum, nihil eſſe Deo coæternum, niſi quod ſit ipſi Deo ὁμούσιον, utique illa Dei actio, ut in ipſo Deo eſt, ab ejus ſimpliciſsima eſſentia non eſt diſtincta; at ut *extrorſum* dicitur *relata*, præter Deum immutabilem ac ſimpliciſsimum relationis terminum indigitat, nimirum *ipſum eſſe* creaturæ, & *ipſius eſſe modos*: quâ ſolâ ratione ab eſſentia divina, & ab æterno ejus decreto diſtinguenda eſt. Sed hoc cum cæteris Theologi noſtri erroribus in faſciculum unum compingatur. Apparet ſaltem, ex jam obiter indicatis, quis hîc tacitus in herba deliteſcat anguis.

MEDITATIO VI.

Adſcribimus autem Creationem Omnipotentiæ divinæ, præeunte Scripturâ: Eſai. 40. 26. 28. Ierem. 10. 12. & 32. 17. quæ omnipotentia, etiam mandati & imperii metaphorâ deſcribitur ſeu Verbo edicti, Gen. 1. 3. Pſalm. 33. 9. & 148. 45. Eſai. 4. 5. 15.

COMMENTARIUS.

1. *Adſcribitur autem Creatio Omnipotentiæ divinæ*, ſeu rectiùs, ipſe Creator dicitur eſſe Omnipotens, (hoc eſt qui plura entia in infinitum, nempe omnia quæ vult, poteſt facere,) *præeunte Scripturâ. Eſai.* 40. 26. 28. *Ierem.* 10. 12. & 32. 17. Ac adeò magis propriè adſcribimus Creationem *infinitæ Dei potentiæ*, ipsâ etiam unâ cum S. Scriptura, dictitante ratione. vid. Theatr. Nat. Univ. p. 4. q. 4. Poſ. VII. Ex infinita autem Dei potentia, ejus Omnipotentia

Potentia agnoſcitur, ut ibid. demonſtravimus. Qui verò ex ipſo 2.
Dei opere condito & exiſtente, quatenus id ſenſui & intellectui
noſtro ſe offert, *Omnipotentiam* Dei colligit, is Deum condi-
diſſe omnia quæ potuit exiſtimat, ut in hoc ipſo opere divina
vis exhauſta ſit: At infinitam Dei potentiam vel ex formicæ
alicujus ex nihilo productione agnoſcimus, adeóq; ejus omnipo-
tentiam, quà in infinitum plura at majora poteſt condere neceſſi-
tate quadam conſequentiæ inferimus. Ex eo igitur quòd Mun- 3.
dum condidit ex nihilo divina vis, hanc infinitam eſſe lumine
Naturæ demonſtravimus, cit. paulò antè loco: unde & Omnipo-
tens à nobis eadem diducta eſt. Atqui *ex nihilo* hoc Univerſum
conditum pronunciare dubitavit, is, utut Dei vim omnipotentem
verbis enunciat, de ea tamen dubitare animo neceſſe habet. Nec 4.
verò ipſa *Omnipotentia illa, etiam mandati & imperii metaphorâ
ſeu Verbo edicti, deſcripta* poteſt concipi Gen. 1. verſ. 3. Pſalm.
33. 9. & 148. 4. 5. ac alibi, niſi hæc hypotheſis præſupponatur
certa & indubitata, Omnia jubente atque edicente Deo *ex nihilo*
extitiſſe. Imprimis autem in Creatione hoc notandum eſt, *Verbo* 5.
edicti denotari τὸν λόγον *Verbum* illud Patri Creatori ὁμοούσιον ac
coæternum, quod eſt ipſa una atque eadem cum Patre æternitas,
at interim ſecunda in S.S. Trinitate ὑπόστασις: illud, inquam, *Ver-
bum*, quod in principio erat apud Deum, & per quod omnia fa-
cta ſunt. Joh. 1. quod humanam naturam in plenitudine tempo-
ris adſumpſit, in unam ac eandem hypoſtaſin cùm ea ſociatum.

MEDITATIO VII.

Quia verò commune eſt Creationi cum omni operatione divinæ Omnipotentiæ, quæ extra Deum in creatura terminatur, quòd fiat in tempore, adeóque non ſit æterna ſed temporalis: Differentiæ loco adjicimus, hoc quod Creationis proprium eſt, quòd cum primo temporis principio cœperit, & cum fine ſex dierum perfecta deſierit. Gen. 1. 1. & 5. & Gen. 2. 1. & 4.

COMMENTARIUS.

Commune porrò ſtatuit Clariſſ. D. Doctor *Creationi, cum* 1.
*omni operatione divinæ Omnipotentiæ, quæ extra Deum in Crea-
tura terminatur, quod fiat in tempore, adeóque non ſit æterna ſed
temporalis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

temporalis. Nimirum, ſtatuit omnem Dei operationem, quæ eſt ad extra initium habere, ac certum temporis intervallum, quo
2. elapſo iterum ceſſet, ut adeò nec ab æterno ſit, nec in æternum duret. Hunc ſenſum ſuum ut declaret evidentiùs, *Differentiæ loco adjicimus*, inquit, *hoc quod Creationis proprium eſt, quòd cum primo temporis principio cœperit, & cum fine ſex dierum perfecta de-*
3. *ſierit*. Bone Deus! Quot hîc offendicula! quot errores! Tot penè lapſus ſunt, quot verba. Primùm enim, ſi omnis Dei operatio ſit *temporalis*, quid de Creatione Angelorum dices, præſtantiſsime Theologe? qui vel te ipſo judice ante Mundum conditum, adeóque ante motum, & ante tempus omne, ſunt creati? Quinimò, Unde *tempus* competit creationi, quâ eſt propriè Creàtio? vel cur non potiùs creatio dicenda eſt operatio inſtantanea? Certè non fit mora ob defectum aliquem virtutis creatricis, ea enim infinita eſt, nec fit ea ratione ſubjecti, utpote quod in primaria creatione, quæ maximè admiranda eſt, omnino nullum eſt: Quin imò niſi operatio ſit *momentanea*, quæ dicitur Creatio, quatenus ea *extra Deum in creatura terminatur*, & ad primum eſſe creaturæ tendit, non erit ſine motu; at motus præſupponit mobile, quippe cujus actus eſt. An ergo fortè chaos aliquod æternum fuiſſe credis, quod operatione temporali ſit in ordinem digeſtum?
4. Id fortè præſupponitur quando in Creationis definitione τὸ *ex nihilo* omittitur. Sed porrò, niſi *in æternum* duret Dei operatio circa creaturam, quâ, quæſo, ratione credis, D. Doctor, tuam animam ſervatum iri in æternum? An fortè ſentis cum Taurello, non indigere eam conſervatore Deo? Vel an cum Epicuro brutorum eam animabus ſimilem conſtituis? ut moriuntur atque evaneſcunt illæ, ita quoque tuam evaneſcere? Vel an fortaſſe potiùs cum novis è Socini Schola Thnetopſychitis decerptam à Deo illam credis, ut tandem in ſubſtantiam divinam revertatur? Quippe, cùm Taurellum quidem viſus ſis jam antea damnâſſe,
5. in ſecundam ſanè vel in tertiam hæreſin te neceſſariò devolvis, vel dubius hîc nutas in utramque partem. Ab Epicuro quidem non videris alienior, cùm propriam negas animæ rationali convenire ſubſiſtentiam, vid. Apol. noſtr. ad Art. 1. itemque. Diſs. 5. de Anim. hum. § 50. 51. & 90. collat. cum Spongia ad th. 21. ac tuis propriis ibidem verbis. Nec minùs interim cum Socino-Thnetopſy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

topſychitis in unam hæreſin videris condeſcendere: ut apparet clarè ex Apol. noſtræ expoſ. ad Art. 1. itemque Spong. ad th. 2. & diſſ. 5. de Anim. Hum. § 89. 90. Sed cur *Creationi* proprium eſſe aïs, quòd cœperit *cum primo temporis principio?* Ne enim jam ad Angelos reſpiciam in anteceſſum: An ipſa rationalis animæ creatio, quæ fit quotidie, non eſt creatio? Vel, an creari fortè negas rationales animas cùm corporibus junguntur; ſed vel ex traduce oriri, vel ab origine Mundi conditas & aſtris impoſitas exiſtimas? Vel an fortaſſis magis hîc opinionem tuam, paulò antè proditam, probare pergis ac confirmare, ſcilicet humanam animam decerptam eſſe à divina mente, & cum corpore quidem junctam aliquandiu ſubſiſtentiam habere, ſed nullam propriam in ſeſe obtinere ſubſiſtentiam? quam certè impiam opinionem viſus es amplecti, quando diſp. 2. Loc. de Creat. th. 9. haud obſcurè probas id Poëtæ, *Deum namque ire per omnes Terraſque tractuſque maris, cœlumque profundum: Hinc pecudes, armenta, Viros, genus omne ferarum, Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.* Sed haſce impias ſententias omnes prolixè refutavimus diſſertationibus noſtris de Anim. Hum. Orig. Dum verò addis 7.
Creationem cum fine ſex dierum perfectam deſiiſſe, vide, quæſo, quâ ratione tibi ipſemet conſentias, ac ipſi rei veritati, quam habes diſp. 1. Loc. de Deo th. 21. *Salvam eſſe non poſſe ex operibus creatis demonſtrationem abſolutè neceſſariæ & æternæ Dei exiſtentiæ, niſi immotum maneat hoc fundamentum: Cùm initio exiſtentiæ Creaturarum non ceſſare nec terminari cœptam in Creatione ἐπιχορηγίαν eſſentiæ Creaturis datæ; ſed tantiſper perennari Creatoris vigorem, quantiſper in vigore ſuo perennat Creatura: atq; hanc eſſe Scripturæ διάνοιαν, præſertim Act. 17. Heb. 1. & Pſal. 104.* Arundinis profectò inſtar nutare videtur tua Theologia modò in hanc 8.
modò in illam partem: quæ ſi non ſit immobilis ac ſolida, tu mobilis non ſolidus habeberis Theologus. Et ſiquidem priorem illam tuam aſſertionem deſeris ac corrigis, è meliori ſenſu in Taurelli impiam ſententiam, à te damnatam antea, nunc ultro ex deliberato propoſito contendis. Nos ipſi ſentiamus, te diſtin- 9.
ctione uti velle Creationis, quâ ex non ente ens producitur, & quâ in Deo ſpectatur actio, ſeu τῦ *creari* & *creare*, quarum illa ceſſet ipſo opere perfecto: quam equidem diſtinctionem ipſi

aliquando dedimus in Diſquiſ. familiar. Reſp. 4. § 29. & ſeq. ubi quidem conſervationem, continuam creationem, eſſe expoſuimus, quamvis non continuè, loquendo propriè, creetur Creatura. Sed hanc tuam meliorem mentem, penes te ſervatam, conjecturâ aſſequi Tyronibus eſt arduum: imprimis, cùm Creationem pronuncians *operationem divinæ omnipotentiæ, quæ extra Deum in creatura terminatur*, ne ullam quidem talem operationem ſtatuas æternam: At certè in æternum duraturas noſtras animas non dubitamus: Unde facilè ex tuis verbis ſuſpicetur aliquis univerſam Dei operationem circa Creaturas ſex dierum ſpatio deſiiſſe.

MEDITATIO VIII.

Primum illud temporis principium, propter varias controverſias Chronologicas, de quibus Scriptura ſilet, exactè quidem à priori definiri non poteſt. Infallibiliter tamen teſtatur Moſis & Prophetarum Chronologia, quod ad fidem ſatis eſt. Mundum primùm ortum ante certa & pauca (ac ſæculis aliquot intra ſex) annorum millia, quæ vix inſtar dierum ſunt paucorum ad æternitatem. Pſal. 90. 4.

COMMENTARIUS.

1. *Primum aliquod temporis momentum*, non quod Creationis abſolutè ſit exordium, (creatio enim tempore vel temporis exordio per ſe non indiget, nec tempus neceſſariò creationem comitatur, ut jam antè eſt expoſitum;) ſed quod exordium ſit creaturæ mobilis ſeu naturalis, ſolâ ſ. ſ. fide novimus; quâ eâdem ſolâ omnis Creationis à Deo inſtitutæ primum aliquod momentum, non temporis ſed ævi, admittimus: Illud autem exactiſsimè *à priori poteſt definiri* (ſecus ac Theologus hic noſter putat,) ſi dicatur, tempus incepiſſe à primo ſui non eſſe, ſeu à primo ſui νῦν: quod in ſimpliciſsimum æternitatis incidit momentum, non ſecus atque tempus univerſum. At *à poſteriori* id exactè definiri nequit, *propter varias controverſias chronologicas, de quibus Scriptura ſilet*.

2. Hîc ergo obiter notari velim, non impingere Chronologos in Religionis aliquem Articulum, quòd *extra Scripturam* ſuo quivis modo veritatem inſtiget. Similiter non ita ſtrictè *intra Scripturam* ſolam coërcendos eſſe à Theologo noſtro Philoſophos, (niſi nullas faciat diſtinctas partes Theologiæ ac Philoſophiæ,) quippe cum de rebus Philoſophicis ac aliis, ſalutem hominis per ſe non concernentibus, plerumq; in Scriptura altum ſit ſilentium:

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Sed ſatis eſſe ad Philoſophiam piè atq; ſobriè tractandam, ut ubi normam divinam paginam non invenit, ibidem *contra Scripturã* minimè quid aſſerat. Quotcunque autem tandem *ſæcula* efflu- 3.
xerint à temporis exordio (quæ *certis* aliquot ac *paucis* interim *annorum millibus* ſunt definita,) quotcunque item porrò effluxura ſint, ea utique cùm ſint finita, nullam ad durationem Dei infinitam, ſeu æternitatem, obtinebunt rationem. Adeò ut ne *vix* quidem *inſtar dierum paucorum ad æternitatem eſſe* dici queant; ſed vel mille ſæcula, quin imò millies millena ſæculorum millia ſint in æternitate infinita non niſi unum atque immutabile momentum. *Quod* ſolum equidem *ad fidem ſatis eſt*: quâ ſolâ itidem *non ab æterno eſſe Mundum eſt certiſſimum.*

MEDITATIO IX.

Non ergo ab æterno creatum eſſe Mundum certisſimum eſt: atque non exiſtente Mundo, ante illa annorum pauca millia, Deus antè exſtitit, non habens durationis ſuæ principium. Pſal. 90. 2. *Prov.* 25. 26. *Ioh.* 1. 1. & 17. 5. & 24.

COMMENTARIUS.

Quòd *non exiſtente Mundo, ante illa annorum pauca mil-* 1.
lia, Deus antè extitiſſe, non habens ipſe durationis ſuæ principium, dicatur à Theologo, id equidem ſi ad alia ejuſdem dicta expendatur, non carere ſcrupulo videtur. Quippe manifeſtè diſp. 1. Loc. de Deo, th. 16. ANTE *illud temporis primum principium*, inquit, (quo nempe cœpit eſſe Mundus,) *fingere aliquod æternæ durationis imaginarium momentum, (quo, ſi non creatum ſit, creari potuerit hoc Univerſum, ſecundùm primam ſui materiam,) chimæricum eſt.*
Nempe, quod nec ignoravit ipſe Plato, ethnicus Philoſophus, 2.
ERAT & ERIT, ut in Timæo dicitur, *quæ nati temporis ſpecies ſunt, non rectè æternæ ſubſtantiæ aſſignamus: quippe, illi reverà ſolum* ESSE *competit. Fuiſſe autem & fore deinceps ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa ſunt. Æterna autem ſubſtantia cùm eadem ſemper & immobilis perſeveret, neque ſenior ſeipsâ fit unquam, neque junior; neque fuit hactenus, neque erit in poſterum; neque recipit eorum quicquam quibus res corporeæ mobileſque ex ipſa generationis con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

3. *ditione ſubjiciuntur.* Atque hinc, cùm nondum exiſtente opere
Creationis, ſola unicaque EST æterna ſubſtantia, quæ eſt ipſa ſim-
plicisſima æternitas, *ineptam penitus curioſitatem eſſe* diximus *hu-
mani animi* (in diſcurſ. de Opif. Mund. diſp. 12. q. 1. § 28.) *quâ
ſcire avet, quidnam cauſæ ſit, cur non ſit multò antè Mundus con-
ditus: Ut enim ipſi Deo nec præteritum nec futurum aſſignari po-
teſt, cui nempe ſolum præſens convenit, ita nec æternitati. Omnia
namque quæ æternitati comparantur, in ipſam confluunt æternita-
tem, ut in unum centrum.* Verè ergo rectéque ante primum id
principium, quo, jubente Deo, Dei opera exiſtere cœperunt, fin-
gere æternitatis aliquod imaginarium momentum, chimæricum
4. à D. Doctore noſtro appellatur. At tamen ipſe *Deum antè exti-
tiſſe* aït: Deus ergo (abſit blaſphemia dicto,) Chimæra, Mundo
nondum exiſtente, ab eodem judicatur: idemque, cùm *non ha-
beat durationis ſuæ aliquod principium*, ne jam quidem eſſe illi cre-
ditur. Hæc egregia præclari ejus viri ac religioſi eſt ἀκρίβεια, quam
quis in Ethnico apertâ voce ἀθεότητα vocaret. Equidem, non hîc
ignoro vel ipſius S. Scripturæ minùs proprios loquendi modos,
ac ſermonis phraſin altiſsima myſteria ſubinde non omnino adæ-
quantem; ut adeò non omnia ad amuſsim, ut verba ſonant, ſint
accipienda; vel in ipſa S. Scriptura ſingula verba credenda ſint ha-
bere efficaciam ex ſeſe plenè ſignificandi ſenſus ineffabiles: At in-
terim exquiſitiſsimum Theologum noſtrum illud minimè juva-
bit, vel meliorẽ ſenſum dabit ejus dictis: utpote qui propriiſsima
vocabula, & exactiſsimè rebus ipſis congruentia, ab aliis ubivis ex-
igit, rigore tanto, ut neque ſatis ſit pro evitanda hæreſi vel hetero-
doxia, ſi vel meridianâ luce manifeſtior ſit ſenſus ex adjectis, vel
ex paſsim alibi ſexcenties expoſitis, niſi ſingula etiam verba exa-
ctiſsimum ſignificandi rationes ſæpe ineffabiles valorem habe-
5. ant. Viderit ergo ille, pro loquendi illa ſua ἀκριβείᾳ exquiſita, quæ
contradictionem ita manifeſtam in exactiſſimo Theologo non
patitur, quâ ratione ſe à maxima impietate, ipſaque exiſtentiæ di-
vinæ abnegatione liberaverit: Ac quando ſapere didicerit, non
ita facilè in poſterum ſecurim ſuam aptet aliorum dictis.

MEDI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

MEDITATIO X.

Ad quæſtionem autẽ an Mundus ab æterno creari potuerit, ſive in aliquo æternæ durationis imaginario momento, ſaltem ſecundùm primam ſui materiam, ultra ea quæ dicta ſunt in diſputatione de neceſſaria Dei exiſtentia, Theſ. 16. 17. 18. *nihil addemus, quàm illud, rectè pronunciare contra Arianos Athanaſium, Orat. 2. edit. Commelini pag.* 158. *tom.* 1. *Quòd, tametſi Deo poſsibile fuerit ab æterno opera facere, non tamen potuerint ea quæ facta ſunt ab æterno fuiße: ſiquidem ex non entibus emerſerunt, nec erant priuſquam fierent: Quæ autem non erant antequam fierent, quomodo ea coëxiſtere poterant cum Deo ſemper exiſtente.*

COMMENTARIUS.

Excutiamus porrò quæſtionem à Theologo his verbis propoſitam: *An Mundus ab æterno creari potuerit, ſive in aliquo æternæ durationis imaginario momento, ſaltem ſecundùm materiam primam?* An Mundus potuerit, (ſi ita voluiſſet Deus,) eſſe ab æterno creatus; aliquanto pleniùs ac ſolidiùs fortaſſe à nobis eſt examinatum, & affirmativa ſententia comprobata, in Diſcurſ. de Opif. Mund. diſp. 1. q. 5. Pulcherrimam autem ac ſolidiſſimam pro ſententia illa comprobanda ratiocinationem, quam ibidem ex Pererio citavimus, hîc paucis exponemus. Hoc quidem præ- 2.
ſuppoſito, Omnia illa quæ non implicant contradictionem, Deo eſſe poſsibilia, utpote cùm ſit Omnipotens: Siquidem impoſsibile credatur Mundum, vel volente ita Deo, ab æterno eſſe conditum, illa utiq; impoſsibilitas orietur vel exinde quòd ſit contradictio à parte Dei creantis, vel à parte creationis, vel à parte Creaturæ. Non eſt I° à parte Dei creantis contradictio. Foret enim ea vel quòd res producta coæva eſſe nequeat, ſeu exiſtentiam ac durationem habere ſimul cum cauſa producente; vel quòd impediat libertas producentis in agendo, nempe, quòd producens, cùm ſit liberum & agat cum electione, credatur aliquâ duratione præcedere debere ſuum effectum; vel, quòd eâ ratione Creator in duratione ſaltem non foret excellentior quàm Creatura. At non impedit 3.
primum: quia & in rebus naturalibus quibuſdam effectus tempore ſimul eſt cum cauſa producente, velut lux cum Sole, calor cum igne. Nec ſecundum infert contradictionem: Cùm enim Deus infinitæ ſit virtutis, non utique minuitur potentia illius ex eo quod

pro libertate agat, magis quàm ſi ex naturæ ſuæ ageret neceſsitate:
4. At ſi ex neceſsitate naturæ ageret, creâſſet Mundũ ab æterno. Præterea, in Deo non eſt majus poſſe, quàm velle, quippe cui ſubeſt poſſe cum vult. Quòd ſi ergo voluiſſet Mundum ab æterno creare, effectum utique præſtare potuiſſet. Agens autem ex electione tunc exiſtentiâ effecto prius eſt, cùm electio non eſt ſimplex voluntatis actio, ſed præſupponit aliquam deliberationem ac diſcurſum intellectus ſucceſsivum: At electio in Deo, velut ipſa quoque intellectio, eſt divinæ voluntatis actus ſimpliciſsimus, totus ſimul, totus Deo coæternus, totus ipſe Deus. Non igitur quòd Deus liberè atque ex electione agat, impedit, quò minùs ipſe Mundum
5. ab æterno potuerit creare. Nec verò ideo non foret excellentior Creator in duratione, ſi creaturam ſibi coæternam feciſſet. Creatoris enim æternitas eſt independens, abſolutè neceſſaria, ac ipſa Dei ſimpliciſsima eſſentia: at æternitas creaturæ à Creatore ipſo penitus dependet, quæ & non eſſe potuiſſet, eſtque ea, velut ipſum eſſe, per participationem creaturæ attributa, diſtincta ab æterni-
6. tate Dei, ac ejuſdem ſimpliciſsima eſſentia. II°. Nec implicat contradictionem ex parte Creationis: Creatio enim, quâ creatio eſt ac ut in creatura terminatur, eſt actio omnino momentanea, nihilque aliud ſignificat, quàm creaturæ habitudinem ad ſuum creatorem velut ad principium efficiens, à quo ipſius eſſe pendet. At in æternitate non eſt inſtans prius aut poſterius. Quòd autem creatio *ex nihilo* dicatur eſſe, eo non ſignificatur per ſe ordo quis ipſius eſſe poſt non eſſe, vel tranſitus ad eſſe à non eſſe; ſed denotatur tantùm materiæ, aut ſubjecti ex quo, plenaria negatio; ut adeò fieri ex nihilo, ſit fieri, nullo tamen præſuppoſito ſubjecto,
7. quod utique æternitatem à creatione non excludit. III°. Nec repugnat ipſi Creaturæ, eſſe ab æterno creatam. Quamvis enim rectè quidem ſtatuatur, creaturæ ex ſe non eſſe convenire; haud tamen eo ipſo indicatur, quòd debuerit ejus à non eſſe ad eſſe fieri tranſitus; ſed quod non habeat ex ſemetipſo eſſe, ſed à Creatore; quòdque ſibi ſoli derelicta protinus in nihilum recideret: ita ut non eſſe ex ſe ipſo, etiam creaturæ tribuendum ſit, cùm actu ſuum eſſe obtinet, quia etiam tunc à Deo eſt, cujus conſervatio continua eſt creatio. Atque ita ſanè ſi vel ab æterno fuiſſet, habuiſſet tamen eſſe acquiſitum ac participatum, ſeu dependens ab ipſo

Creatore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Creatore. Nihil ergo cauſæ eſt, cur, ſi ex ſolo lumine Naturæ judicandum foret, Mundum ab æterno creatum negaremus. Imprimis autem id cavendum, ne fortè tali aliqua negatione infinitam Dei Potentiam in impotentiam vertamus; vel infinitam Dei ſapientiam finito noſtro intellectu menſuremus. Piè atque eleganter dictum à Scaligero, Exerc. 365. ſ. 9. *Intereſt pietatis noſtræ, & Dei immenſitatis, ea ſentire, quæ ſentire non poſſumus: ſentire quidem in ipſo per ipſum, quæ per nos ſentire nequeamus. Nunquam ſatis fuerit homini felicis ingenii cogitare omnia magnifica, ingentia, immenſa, de ineffabili omnipotentia Dei.* Impietatis verò hoc omnino argumentum eſt, ne velle quidem Dei potentiæ immenſæ, incomprehenſibili, id ſubmittere, quod etiam utcunq; intellectu noſtro debili, finito, capimus. Ineptum verò admodùm id eſt, 9.
quod immiſcetur à Theologo præpoſitæ jam antè quæſtioni, an ſcilicet *in aliquo æternæ durationis imaginario momento* Mundus potuerit creari? Momenta certè alia atque alia non habent locum in æternitate, utpote quæ tota eſt indiviſibilis, ac ſub indiviſibili ſimplicitate eſt immenſa: quæ ergo hîc momenta ſunt imaginaria ea planè ſunt chimærica. Rectiùs pro rei natura quæſiviſſet, *An* 11.
quocunque tandem *aliquo momento*, non æternæ durationis, (quippe quæ diſtinctionem momentorum vel imaginariam in ſeſe non admittit,) ſed vel ævi vel temporis in æterna duratione inextenſa ac indiviſibili comprehenſi, *creatus fuerit Mundus?* At ita quæſtio omnino eſt ſuperflua, vel impia, quippe quæ in dubium id vocat, quòd ex S. Pagina eſt penitus indubitatum; quæque damnatam dudum illam Hermogenianorum hæreſin, à Tertulliano olim integro libello jugulatam, reſuſcitat in lucem. At 12.
reconditæ opinionis ſuæ forſan aliquod veſtigium, hîc rurſum exprimit Theologus: utpote, qui dudum in æternitate varia momenta finxit, quæ etiam in præcedentibus attigimus ex diſp. ejus 5. Loc. de Deo, th. 11. 13. 15. Nempe hîc Socini aliquod fermentum eſt reconditum, quo ſucceſsio æternitati tribuatur, dum ponitur in ea prius & poſterius. Sic ergo chimærico figmento mo- 13.
mentorum ſimpliciſſimam æternitatis ac ipſius Dei deſtruit Theologus eſſentiam: dumque *primum in æternitate* fingit aliquod *momentum* cit. th. 11. (quo ſe ipſum Deus noverit, ac res poſſibiles univerſas,) ipſi Deo tribuit initium; ac adeò eundem

negat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

negat abſolutè neceſſarium : Ut eâ ratione tandem illa, quæ th. 14. Diſp. I. Loc. de Deo, erant orthodoxè poſita, per curas poſteriores, ſimiliter ut multa alia, ſint admodùm periculosè immutata.

14. Cúmque porrò aliquod *ſecundum in æternitate* ſtatuit *momentum*, quò Decretum Dei referendum ſit, th. 13. cit. diſp. 5. immutabilitatem Dei tollit : Et cùm mox *tertium momentum* addit, cui deferatur Præſcientia , ac in quo tandem acquieſcit , vel ex æterno temporalem porrò Deum efficit , vel ipſum Deum tandem deſiiſſe credit ; ac utrovis modo tribuit æternitati finem.

15. Præterea , dum *primum in æternitate* fingit aliquod *momentum*, Mundum ab æterno creatum dici poſſe, ſaltem quoad materiam, haud obſcurè innuit: utpote cum *in principio* dicatur condidiſſe Deus cælum & terram. Ac plures equidem hîc hæreſes in unum confluunt , quas unâ *Atheïſmi* voce non immeritò perſtrinxit contra ſuum Præſidem, Vorſtii palliolo quodam circumtectum, Reſpondens Coroll. 3. adjecto ad diſp. 2. Loci de Creatione: Ubi, *Promovet Atheïſmum Vorſtius*, aït ipſe Reſpondens, *dum negat æternitatem eſſe indiviſibilem, dum vult eſſe ſucceſſivam & habere partes, quarum aliæ prætereant, aliæ ſuccedant. Nos*, inquit, *cùm Boëthio ſentimus, Æternitatem eſſe interminabilis vitæ*

16. *totam ſimul & perfectam poſſeſſionem*. Sed quid in ſinu Doctor ille foveat , id accuratiùs inveſtigare aliis permittimus. Haud magis certè illi proderit , quòd cit. diſp. 5. QUASI *momenta* dicat in æternitate, quàm Vellejo Epicureo apud Cic. de Nat. Deor. lib. I. humanam ſpeciem Deo tribuenti profuit, quod dicat, *Nec tamen ea ſpecies corpus eſt; ſed* QUASI *corpus: nec habet ſanguinem, ſed* QUASI *ſanguinem: Hæc quanquam & inventa ſint acutiùs & dicta ſubtiliùs ab Epicuro, quam ut quivis ea poſſit agnoſcere, tamen fretus intelligentiâ veſtrâ diſſero breviùs, quàm cauſa deſiderat.* Ita fortè noſter Theologus fretus intelligentiâ ſuorum diſcipulorum, acutiùs ac ſubtiliùs quædam dixit, quàm ut quivis ea poſsit agno-

17. ſcere. Sed reſpondet Cotta Vellejo paulò poſt, *Cùm quid verbis ſignificare vultis, in dumeta correpitis. Ita dicebas, non corpus eſſe in Deo, ſed* QUASI *corpus; non ſanguinem, ſed* QUASI *ſanguinem. Hoc perſæpe facitis , ut cùm aliquid non veriſimile dicatis ,* (cum entia in non entia convertitis,) *& effugere reprehenſionem velitis, afferatis aliquid , quod omnino ne fieri quidem poſſit.* Profectò

turpius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

turpius eſt id genus explicationes dare, quæ rem utcunque cognitam obſcuriorem reddunt, ac evidentem veritatem manifeſtâ falſitate atque contradictione implicant, ac interim ſententias periculoſas fovent, quàm penitus ſilere. Quâ ratione autem æquè 18.
Mundus totus, ac materia quædam ejus prima, ſiquidem hanc vel illam ab æterno creare Creatori Deo Opt. Max. fuiſſet viſum, ab æterno creari potuiſſet, expoſuimus diſcurſ. de Opif. Mundi diſp. 1. q. 5. §. 14. & ſeq. De materia autem Mundi quadam prima, ut ſe habeat negotium, in progreſſu dabitur occaſio dicendi. Sed ne quid tandem nimium omnipotentiæ divinæ tribua- 19.
tur, (cui ſatis eſſe, etiam antè videbatur ſtatui à D. Doctore noſtro, quòd potuerit ſaltem Mundum condere qualemcunque, quantumcunq;, ac quocunque tandem temporis principio,) negando ſolvit Theologus à ſe motam quæſtionem: Ac ut, *Non potuiſſe Mundum ab æterno creari*, conſtet, pluribus non eſſe opus credit, *ultra ea quæ dicta ſunt in Diſp. de Neceſſaria Dei Exiſtentia*, (quæ eſt 1. Loc. de Deo,) th. 16. 17. 18. Videamus ergo ea; 20.
ac vim & robur eorundem expendamus. Theſis autem 16. talis eſt: *Hypotheſis hæc Theologiæ naturalis, Deum eſſe unum illud ſummum Ens, quod ſolum habet neceſſariam Exiſtentiam, per quam ipſi ſoli convenit propriè dicta Æternitas, demonſtrat totius Univerſi Novitatem.* [Hîc velim, (per parentheſin,) à ſemetipſo 21.
diſcat D. Doctor, *Theologiam* quandam *naturalem* eſſe: ac adeò de Deo agere, ejuſque attributis, itemque de Creatione atque Gubernatione rerum omnium, quóuſque lumen rationis Religionem non evertit, omnino eſſe Philoſophicum, ne fortè extra noſtram Spartam nos exorbitare credat.] Sed *neceſ-* 22.
ſaria Dei exiſtentia, ex Naturæ lumine à nobis demonſtrata Theatr. Nat. Univ. part. 4. q. 4. Poſ. IV. jam paulò antè ſolidè everſa eſt à noſtro Theologo, ſi hypotheſis illius firma eſt, quam obtrudebat, ſc. *poſſe in æternitate aliquod momentum primum concipi*: Quamvis enim unumquodq; dum eſt, *neceſſariam* habeat *exiſtentiam*, quà eſſe præſupponitur; id tamen certè, quod primum habet ſuæ exiſtentiæ momentum, *abſolutè neceſſariam* habere *exiſtentiam* cenſeri nequit: potuit enim non eſſe, cùm nondum eſſet primum illud exiſtentiæ momentum. Negatâ ergo à Theologo *neceſſariâ Dei exiſtentiâ*, ſublatum quoque eſt, ou od inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

inferebat, Conſequens, nimirum *Mundi novitas*, quâ ſaltem non
23. cum ipſo Deo ſimul ſit. Sed ne, vel poſitâ quidem & immotâ, (quæ omnino non vacillat, ac à nobis ſolidè eſt demonſtrata,) *Dei ſolius neceſſariâ exiſtentiâ*, infertur inde protinus totius *Univerſi Novitas.* Deus enim, qui eſt abſolutè neceſſarius, non neceſſariam, pro libertate voluntatis ſuæ, potuiſſet Mundo exiſtentiam ab æterno tribuere, ut antea oſtendimus. At, ne quid teme-
24. re dixiſſe videatur, *demonſtrationis* ſuæ *brevem* ἐξεργασίαν *ſeu enucleationem* addit th. 17. quæ talis eſt: *Quod ſolum habet abſolutè neceſſariam exiſtentiam, illud nihil poteſt habere ſibi coæternum extra ſe, ſeu* ἑτερούσιον. Sed quid ita, quæſo, bone Vir? *Quia*, inquit, *Æternitas abſoluta dicit abſolutè neceſſariam rei ſubſiſtentis exi-*
25. *ſtentiam, quâ nunquam fuit potentiâ, ſed ſemper actu.* Omnino hoc veriſſimum. At nihil hinc evincis, niſi quòd, cùm *æternitatem abſolutam* Deo tribuamus, ita ut cum ſolo unicoque optimè reciprocetur, ſoli item Deo *abſolutè neceſſaria exiſtentia* ſit tribuenda, *quâ nunquam fuerit potentiâ, ſed ſemper actu*; adeóque neque *primum* aliquod, neque *ſecundùm*, neque *tertium* habeat ſuæ exiſtentiæ momentum. Atque hoc tibi equidem, contra teipſum, largimur totum. Age ergo hoc amplectere nobiſcum; & chimæricis momentis tuis tandem in chimæram tui cerebri reverſis, Deo ſimpliciſſimam æternitatem tribue, & abſolutè neceſſariam in
26. ea exiſtentiam. Quid verò hinc jam porrò colligis? *Contradictionem autem implicat, ut illud quod liberè extra ſe efficit Deus, ita ut illud potuerit non efficere, nunquam fuerit potentiâ, & nunquam in fieri, adeóque nunquam non fuerit actu.* Certè contradictionem illam nondum video; ſed illud video, Doctorem noſtrum haud magis accuratũ eſſe *Logicum*, quàm accuratus eſt *Theologus*: (*Converſionis* modos congruos nondũ rectè didicit: (utut ſemetipſum variè convertat in omnia *enunciationum* genera, ſimiliterq; *modos*
27. omnes ac *figuras.*) Nec enim *univerſalis affirmans* propoſitio *ſimpliciter* converti debet, ſed *per accidens*: Unde, licet *illud omne, quod abſolutè neceſſarium exiſtit*, (nempe ſolus Deus,) *nunquam fuerit potentiâ, ſed ſemper actu*; haud tamen per Converſionem dici poteſt, *Ergo illud omne, quod nunquam fuerit potentiâ ſed ſemper actu, eſſe abſolutè neceſſarium*; ſed *aliquid quod nunquam fuerit potentiâ, ſed ſemper actu, eſſe abſolutè neceſſarium*, (nimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

rum, ſolus idem Deus.) Quamvis ergo putaretur Mundus ab æterno conditus, ut adeò nunquam fuerit potentiâ, ſed ſemper actu, haud tamen abſolutè neceſſarius ſtatueretur illico; quippe cum per liberam Dei voluntatem conditus præſupponatur, ac omnem exiſtentiam à Deo dependentem obtinere. (Sed & quà ratione etiam ab æterno quidem creari Mundus potuiſſet, ut tamen interim in fieri eſſe aliquando dici potuiſſet, adeóque porrò ſucceſsivè conditus, à nobis eſt expoſitum citatâ diſp. de Mundo 1. quæſt. 5.) At alia porrò contra nos movetur difficultas, th. 18. 28.
Contradictionem implicare dicit, *ut, quod ex nihilo factum non eſt, poſſit fieri nihil.* Jam porrò aſſumit: *Nulla autem eſt creatura, quæ per divinam omnipotentiam non poſſit deſtrui, & fieri nihil, ſeu deſinere eſſe.* Ergo, &c. Ut totum ratiocinationis robur exponatur evidentiùs, ſic paucis Syllogiſmum exhibemus. *Quicquid ex nihilo factum non eſt, id non poteſt fieri nihil. At omnis creatura poteſt fieri nihil. Ergo omnis creatura eſt ex nihilo facta.* Quod quidem denuò totum noſtro Theologo omnino concedendum eſt. Ex hoc conceſſo autem infert: *Quare cum à parte pòſt non ſit* 29.
abſolutè neceſſaria ullius creaturæ præter Deum exiſtentia; nulla poteſt eſſe ejuſdem ab ante exiſtentia neceſſaria. Sed hæc non erat noſtra quæſtio; ſed mera ignoratio Elenchi eſt: A ſcopo equidem aberrat toto cælo longiùs Doctoris noſtri ratiocinatio. Quæſtio enim à Doctore movebatur, *An Mundus ab æterno creari potuerit?* nunc concludit, *Non potuiſſe ab æterno habere neceſſariam exiſtentiam.* Bone Deus? quàm eſt ſui memor: quam eſt ſuæ compos ratiocinationis! Equidem & nos negamus *Potuiſſe Mun-* 30.
dum ab æterno habere neceſſariam exiſtentiam: At affirmamus nihilominus, *potuiſſe ab æterno creari*: Sunt namque illa longè diverſiſsima. Certè, quando liberè à Deo Mundus potuiſſe ab æterno, condi dicitur, non urgetur abſolutè neceſſaria Mundi exiſtentia: Poſitâ autem ac conceſsâ *non abſolutè neceſſaria creaturarum exiſtentiâ*, non infertur illico *nulla cum Deo coæternitas*; Sed ſolùm nulla talis æternitas, qualis abſolutè neceſſatiam exiſtenriam habenti Deo convenit, hoc eſt *nulla æternitas cum Deo* ὁμοούσιος. Adeóque contradictionem nullam implicat, ut, ſi ex nihilo, (id eſt, non ex ſubjecto aliquo,) hic Mundus eſſet factus ab æterno per liberam Dei voluntatem, viciſſim per eandem voluntatis li- 31.

bertatem quoque poſſet fieri nihil. Sed quò ſuas tandem ipſemet ληρήσεις prodat evidentiùs, ac ſimul noſtram ſententiam confirmet Doct. Theologicus, *nihil addemus* inquit, *quàm illud* (fortaſſe longiùs profecta fuit ratiocinatio Theologi citatis theſ. 16. 17. 18. quàm ratio nunc tandem fuit aſſecuta,) *Rectè pronunciare contra Arianos Athanaſium, Orat. 2. Edit. Commelin. p. 158. §. tom. 1. Quòd, tametſi Deo poſſibile fuerit* (NB.) *ab æterno opera facere, non tamen potuerint ea, quæ facta ſunt, ab æterno fuiſſe: ſiquidem ex non entibus emerſerunt, nec erant priuſquam fierent: Quæ autem non erant antequam fierent, quomodo ea coëxiſtere po-*
32. *terant cum Deo ſemper exiſtente?* Probat ergo ſententiam Athanaſii, quâ is ſtatuit, præſuppoſitâ quidem Dei abſolutè neceſſariâ exiſtentiâ, potuiſſe tamen Deum ab æterno creare, adeòque Novitatem creaturæ non poſſe demonſtrari per abſolutè neceſſariam Dei exiſtentiam: Ac interim ſolius fidei eſſe, quòd pro certo teneamus, ea quæ facta ſunt non fuiſſe ab æterno, cum eodem Athanaſio fatetur: ſi quidem *ex non entibus emerſiſſe* ſolo Dei verbo erudimur. Atque illud ipſum eſt, quod nos pronunciavimus Theatr. Nat. Univ. part. 2. diſp. 1. q. 1. § 2. 3. 4. itemque
33. part. 3. diſp. 4. Coroll. 1. & de Mund. Opif. diſp. 1. q. 4. &c. Notate verò, quæſo, Optimi Lectores, quantum valeat libido affectata contradicendi. Sed utut vi prematur veritas, haud tamen penitus ſupprimitur; ſed per ipſos etiam ſui hoſtes tandem ſe in lucem exerit. Immenſa Dei gloria non poteſt ullâ ratione obfu-
34. ſcari, quin emergat tandem evidentiùs. Ac ſanè Novitatem Mundi ſolâ fide innoteſcere, apertè nobis atteſtatur Zanchius lib. 1. cap. 3. q. 2. *Cauſa creati Mundi*, inquit, *non fuit ſimpliciter Deus, ſed Dei intellectus ac voluntas, ſeu Deus intelligens ac liberè volens Mundum creare. Voluit autem Mundum creari non ab æterno, ſed tali tempore, quo tandem etiam creatus eſt. Sic verò voluiſſe Deum*, ALIVNDE INTELLIGI NON POTEST, *quàm tum ex ipſius verbo, tum ex rei eventu, quo ſuum patefecit decretum.* Similiter Polanus lib. 5. Syntag. Theol. cap. 3. th. 9. *Quòd Deus imperio & voluntate certo temporis initio ex nihilo creaverit omnia, non potuit nec poteſt naturalis rationis lumine cognoſci,*
35. *ſed lumine ſolo fidei, quæ à primæ veritatis luce deſcendit.* Univerſam verò circa creationem ac durationem Mundi noſtræ cogni-
tionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tionis ſummam pulchrè per partes exponit Tilenus diſp. 22. Syn-
tagm. th. 16. & ſeq. *Efficientem*, inquit, *Mundi cauſam Deum eſſe,
ſatis evidentibus in Natura rationibus demonſtratur, initium
verò finemque ejus ſolum* FIDEI LUMEN *oſtendit. Quamobrem
καταρτισμὸν non Philoſophiæ, ſed Theologiæ; non naturæ ſed fidei;
cum Scriptura (Hebr. 11. verſ. 3.) vendicamus. Idque, ne vel ſuo
acumini arroget mens humana, quod divino lumini acceptum eſt
ferendum; vel doctrina chriſtiana ludibriis pateat extraneorum*
(quod vel ab Apoſtata piè monitum notet noſter Theologus,)
*exiſtimantium fidem noſtram niti rationibus, quas ipſi nullo nego-
tio refellere queant.* Certè ſi aliud fundamentum Mundi Novitas 36.
in animo Theologi noſtri non inveniat, quàm quod ficulneis illi
rationibus, jam paulò antè à nobis examinatis, ſit ſubnixum næ
parum abeſt, quin illa corruat propediem, & ipſam unà ſecũ Reli-
gionẽ noſtri Theologi convellat. Sed avertat Deus graviora mala.

MEDITATIO XI.

*Ad apertiorem declarationem, quòd non ab æterno ſed in tempore facta ſit Mun-
di Creatio, Deus, qui pro ſua Omnipotentia in momento creare poterat uni-
verſa, voluit uti ſex dierum intervallo, quorum ſinguli nocte & die definiun-
tur, Gen. 1. 5. 8. &c.*

COMMENTARIUS.

Fidem ergo illam, quâ non ab æterno Mundum conditum
agnoſcimus ac credimus, ingenerat nobis ſ. ſ. Paginæ autoritas, 1.
quæ ipſa eſt divinitus inſpirata veritas: quæ manifeſta eſt, tum ali-
bi, (ut citat. in Theatr. Nat. un. p. 2. diſp. 1. q. 1. locis variis innui-
mus,) tum in Hiſtor. Creationis ipſa, ubi numerantur dies, &
(quod omnino hîc æternitatem tollit,) *principium Creationis*
manifeſtè nominatur. Atque ita Deus Opt. Max. (qui per mobi-
lia corpora ſeu per motum ipſum, fecit temporis exordium,)
creationem primam ac immediatam rei materialis qualiſcunque
non *in tempore* inſtituit, ſed, (niſi ante tempus ipſum, unà cum
Intelligentiis,) in ipſo ſaltem temporis momento primo: Velut i-
pſum tempus non *in tempore*, ſed *in primo ſui νῦν* habuit initium;
ſimiliter ut omne continuum incipit in primo ſui non eſſe. Ad 2.

 ipſam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ipſam autem perfectionem ſeu elaborationem Univerſi, *Deus, qui pro ſua Omnipotentia in momento creare poterat Univerſa, voluit uti ſex dierum intervallo : quorum ſinguli nocte & die definiuntur:* nocte quidem diem præcedente, quòd tenebræ fuerint antè lucem, Gen. 1. v. 2. 3. Dicuntur autem univerſa ſex dierum ſpatio producta, quod ultra illos dies nullius rei productio dilata ſit, quæ inſuper ad univerſæ Dei creaturæ πλήρωμα requireretur, vel ex principiis tum conſtitutis, virtute naturalium cauſarum, (ſolâ ordinariâ cooperatione Dei concurrente,) non poſſet ſuâ ſponte provenire. vid. Theatr. Nat. un. p. 2. diſp. 2. à § 30. uſque ad finem. conf. ibid. diſp. 7. § 41. 42. At propriè loquendo, ipſo illo ſex dierum ſpatio univerſa Dei viſibilis Creatura, ſeu totus Mundus atque ea quæ in Mundo ſunt, vel ad perfectionem hujus Univerſi pertinent, ſolummodò producta ſunt: quippe ante ipſam terram atque lucem, ſeu omnem materiam, ipſumque noctis ac diei exordium, velut ſub ipſa primi diei aurora conditi ſunt Angeli cum ſuo habitaculo : unde ſtellæ matutinæ apud Jobum appellantur.

3. Id verò ſex dierum intervallum, cauſarum quoque naturalium, à Deo conditarum & ab eodem dependentium, concurſum ac cooperationem (naturalem, inquam, non talem, qualis eſt creatio, (quæ verè ſoli Deo propria eſt,) ſat manifeſtè indicat. Cùm enim infinita virtus, ut effectum edat, nullâ egeat ſucceſsione, ſi quidem Deus ad Creationis actionem, quâ propriè eſt creatio, uſus eſſet illo ſex dierum intervallo, utique potentiam ſuam infi-

4. nitam, in potentiam quandam diminutam convertiſſet. At verò, ob Potentiam quidem infinitam nullo per ſe opus habens temporis ſucceſsione, ac momento quidem creans ſingula, quà creans (ſeu, quà primariæ creationis actum, quæ, quà talis, ſola propriè dicta eſt creatio, exercens,) Bonitatem ſuam cum Potentia per admirandam ſuam Sapientiam in producendis rebus ita temperavit, ut vim agendi atque patiendi naturalem ipſis quoque rebus à ſe conditis in ſui ortu protinus indiderit, ne otioſas creaturas un-

5. quam condidiſſe videretur. Quâ quidem vi agendi rerum conditarum naturali, ſic volente atque ſimul operante Deo ſupernaturali efficaciâ virtutis creatricis ſibi propriæ, naturalis ille rerum ordo conſtitutus eſt per ſecundariam creationem vulgò dictam, quem valere in ſecundis cauſis, providentiæ divinæ ſubditis, divi-

na Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

na Sapientia ſecundum Bonitatem propriam prædeſtinaverat, quem etiamnum eadem per propriam Potentiam tuetur ac conſervat, deinceps valituram ad ipſius Mundi finem.

MEDITATIO XII.

Creavit autem Deus quicquid illo ſex dierum intervallo creatum eſt, ſolus ipſe, nullo uſus ſocio, nullo directore, aut miniſtro: neque creatis die primo ullis inſtrumentis, aut machinis, aut fabro, per quem crearet aut formaret ſequentium quinque dierum opera. Ego Iehova faciens omnia: extendens cælos ſolus, expandens terram per me ipſum. Eſai. 44. 24. & Extendens cælos ſolus. Iob. 9. 8. Quod ipſum flagitant teſtimonia illa Scripturæ, in quibus Deus ſe hoc Creationis opere (tanquam ſibi proprio) ab aliis omnibus diſcernit. Pſalm. 96. 5. Eſai. 37. 16. & 40. 12. 13. 26. 28. & 45. 12. 18. & 48. 13. & Ierem. 10. 11. 12.

COMMENTARIUS.

Verè igitur *Creavit Deus, quicquid illo ſex dierum intervallo eſt* 1.
creatum, ſolus ipſe, nullo uſus ſocio, nullo directore aut miniſtro, neque creatis die primo ullis inſtrumentis aut machinis, aut fabro per quem crearet ſequentium quinque dierum opera. Certè vis creandi, ſoli Deo rerum omniũ gubernatori propria ac penitus eſſentialis, non magis ulli *ſocio* aut *miniſtro* communicari poteſt, quàm ipſamet eſſentia divina. Et quamvis certè *inſtrumenta* quædam, 2.
ad perficiendam creaturam univerſam, ipſa Dei vis omnipotens ac ſapientia conſtruxerit, non quòd iis ullo modo indigeret Deus conditor, ſed ut ejus bonitas in creaturas dimanaret evidentiùs & eo ordine quo per ipſam ejus ſapientiam erat conſtitutum; haud tamen interim per illa inſtrumenta, aut quocunque tandem nomine libuerit ea appellare, creatricem ſuam vim exercuit; ſed naturalem tantùm quandam operationem: quæ certè haud fuiſſet valida (utut ipſa quoque unicè à Deo creatore pendens,) ad producendum quicquam, aut formandum, ſine creatrice facultate, Deo propria, quæ ipſamet effectum viribus naturæ atque omnis creaturæ eminentiorem, unà cum ſecunda cauſa, at agente pro naturæ ſuæ modulo, produxit. Solus ergo Deus eſt qui omnia 3.
Creavit: (velut ſolus idem eſt qui etiamnum omnia conſervat. licet vel utatur paſſim miniſterio Angelorum ac aliarum Creaturarum,) ut puribus in Apol. noſtra ad Art. 5. itemque Diſquiſ.

famil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

famil. Reſp. 1. § 9. Reſp. 2. § 18. 19. 20. Reſp. 3. § 3. 4. 5. 6. Reſp. 4. § 19. 20. 23. 24. 25. 26. 36. 37. ac alibi, expoſuimus.
4. At interim mox primo die Lucem Deus condidit, quâ in progreſſu uteretur: Quippe ut Danæus, in Theologia verè orthodoxus ac vir magnus, inquit Phyſ. Chriſt. part. alter. tract. 1. cap. 8. *Lux ea ipſa erat commodiſſimum, convenientiſſimum, & neceſſarium, reliquarum rerum gignendarum ac producendarum organum & inſtrumentum; non ipſius quidem Dei, (qui per ſe omnipotenti illâ ſuâ virtute omnia efficere poteſt,) ſed ordinis & illius legis ratione, quam Dominus in ipſo rerum Creationis exordio in poſterum valituram inſtituebat, & quam nunc quoque vigere experimur. Rerum enim naturalium naturalis ortus & ordo lucem illam & lucis effectum, (qui eſt calor quidam radicalis, cæleſtis, & omnium re-*
5. *rum generi cognatus,) maximè requirit.* Et ſi vel etiam fortaſſis *Mundi* quadam *anima*, vel *ſpiritus* à Deo fuerit conditus, is certè nullam penitus creandi facultatem nactus eſt; ſed Deo, Creatori unico, ad ipſius Dei nutum naturali facultate ſubditus, creatâ Luce uſus eſt: quippe velut igneo calore mediante *Faber* artificialem ſuam operationem exercet; ita naturalem ſuam operationem, mediante luce, ille *Mundi Spiritus*. Ut adeò per talia *inſtrumenta*, à divina manu fabrefacta, haud quaquam unicæ ac ſolitariæ Creationis cauſæ efficienti Deo quicquam derogetur; ſed iis quidem poſitis, & à divino beneplacito haud cogente ullâ aliquâ neceſsitate ordinatis, in unum ſolitariumq; Deum nihilominùs creandi univerſa vis & efficacia referatur: Quam ſoli unicoq; Deo tribuendam teſtimonia Scripturæ S. plurima, meridianâ luce magis clara, flagitant: quorum item quædam ſat illuſtria à nobis olim ſunt citata Theatr. Nat. univ. p. 2. diſp. 1. q. 1. § 9.

MEDITATIO XII.

Nec patiuntur teſtimonia illa Arianorum & Ariani faventem interpretationem, quâ Socinus contra VViecum conatur elabi, quando premitur teſtimoniis iſtis Eſai. 44. & Iob. 9. Hæc, *inquit*, teſtimonia non probant, Deum in Mundo condendo & componendo nullius prorſus operâ fuiſſe uſum: ſed tantùm nullius, qui ab ipſo totus non penderet; vimque iſtam circa Mundi creationem aliquid operandi, ab ipſo omnem non habuerit. Sic enim meritò dicitur Deus ſolus & à nemine adjutus Mundum creâſſe ac feciſſe: cùm omnis & vis & munus quidquam in ea re faciendi, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

alius habuerit, ab ipſo prorſus profectum fuerit, præſertim cùm ex hoc intelligi poſſit, Deum iſtius operâ non propterea fuiſſe uſum, quia ſine ipſo Mundum condere non poſſet, ſed ut bonitatem ſuam exerceret in communicanda, aliquâ ratione, cum illo, vi & poteſtate ſuâ. Ad hunc ſanè modum Ariani teſtimonia iſta haud immeritò interpretantur, aut certè interpretari poſſunt, ne cogantur vel negare per Dei Filium Mundum, id eſt, cælum & terram fuiſſe creatum, vel fateri Filium Dei eſſe Patri coëſſentialem, imò ipſummet Deum. *Huic ergo Ariano-Socinianæ interpretationi ne veliſicentur, illi viderint, qui tuentur Spiritum ſeu Animum Mundi, primo die creatum velut Fabrum quendam futurum Creationis reliquæ dierum quinque.*

COMMENTARIUS.

Illa certè, quæ occurrunt paſsim in Scriptura, *teſtimonia haud-* 1.
quaquam patiuntur Arianorum vel Ariani faventem interpretationem, quâ Socinus contra VViecum conatur elabi, quando premitur teſtimoniis iſtis Eſai. 44. 24. & *Joh.* 9.8. Hic namque Socinus *Deum* quidem *ſolum* creâſſe Mundum ſtatuit; at interim communicatam aſſerit creandi facultatem ipſam ſocio cuidam, nempe Filio, qui non ſit coëſſentialis Patri, vel adeò ipſe Deus: Ac ita quidem dici *ſolum Deum & à nemine adjutum* creâſſe ac feciſſe Mundum opinatur, quòd nullius operâ ſit uſus, qui ab ipſo totus non penderet, vimque iſtam circa Mundi creationem aliquid operandi, ab ipſo non habuerit: cùm tamen interim cum alio, ut bonitatem ſuam exerceret Deus, vim ſuam ac potentiam creatricem communicârit. Quæ certè impia ſententia vel propriâ ſuâ 2.
contradictione ſe evertit. Cùm enim vis creandi, ſeu ex nihilo quid producendi, infinita ſit (ut demonſtravimus Theatr. Nat. Univ. part. 4. q.4. § 36.) At infinita virtus tantùm una ſit; (ut demonſtratum eſt ibid. § 41. & argumento hîc in præcedentibus, ad enodationem Med.I. addito;) quæ adeò ſolius Dei ſit: utique creandi virtus ſocio cuidam, quo credatur Deus uſus, tribui non potuit, niſi duo poſſent eſſe unum, ac unus Deus Dii plures; vel niſi plures illi ſocii ſint verè Deo ὁμοούσιοι. Tum &, ſi 3.
ſolus dicitur creâſſe Mundum, utique quâ ſolus creat omnem cauſam ſociam excludit, quæ creandi facultatem obtinuerit. Quòd ſi enim Deus quidem creet, ac interim cum eo ſimul creet cauſa quædam alia, quæ fortè ab ipſo Deo quidem pendeat, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

creandi facultate ab eodem ſit inſtructa : utut quidem rectè eo præſuppoſito pronunciari poſſet, *creationis cauſam primam* eſſe *ſolum Deum*; haud tamen *ſolus Deus* vel *creâſſe* vel *creationis opus perfeciſſe*, rectè dici poſſet. Velut omnis quidem motus cauſa prima rectè *primus motor* appellatur; at, contributâ aliis motoribus ſubordinatis etiam movendi facultate, *ſolus* omnia movere, non ſine contradictione diceretur, niſi item *ſolus Deus* lapidem projicere in altum dici poſſet, qui interim à manu hominis vibrari
4. affirmatur. At cùm aliquibus ſecundis cauſis, divinâ facultate creatrice conſtitutis, naturalem quandam vim agendi inditam à Deo dicimus, creandi facultatem univerſam ſoli Deo propriam relinquimus. Atque ita, ipſam quoque *ſecundariam creationem*, ubi vel ſecundis cauſis locum aſſignamus, dicimus fieri *immediatâ*, (NB *immediatâ* dixi,) *præter cauſas ſubordinatas, virtute divinâ ad eandem conſpirante*, Theatr. Nat. Univ. part. 2. diſp. 1. q 1. § 10. *Immediata* ergo illa Dei virtus eſt *ſolius Dei*, eaque ſola eſt creatrix, à ſimpliciſsima eſſentia divina non diſtincta. Ut adeò ſummo jure gloriari queat Deus, quod expandat terram *per ſe*
5. *ipſum*. Eſai. 44. 24. & extendat cœlos *ſolus*. Job. 9. 8. Hæc illa Dei *virtus* eſt *omnipotens*, cui ipſummet divinum Verbum eſt omnino ὁμούσιον, *quâ virtute omnipotente ac divino juſſu & univerſalis & particularis cauſæ agentis, ſi quæ eſt, facultas* (naturalis,) *præter naturæ ſuæ modum intenditur, ut* effectus univerſam omnium cauſarum ſecundarum facultatem ſuperans, à Deo ipſo, ſimul ſolo per creationis modum operante, producatur, ac ita *meritò omnis rerum omnium productio in ſolum Deum referenda ſit*: ut expoſuimus Theatr. Nat. part. 2. diſp. 1. q. 1. § 9. Prædicto ergo *Ariano-*
6. *Socinianæ interpretationi minimè velificantur illi, qui* fortè *tuentur Spiritum vel Animam Mundi; primo die creatum, fabri alicujus inſtar, ad præparandam materiam pro variis ſpecierum formis recipiendis, igneo Lucis calore utentem, ac planè naturaliter agentem*, dum ſolus Deus omnia creat: (confer. Theatr. Nat. Univ. p. 2. diſp. 1. q. 2. § 16.) At qui talem *Mundi Spiritum primo die creatum, velut Fabrum quendam futurum* CREATIONIS RELIQUÆ *dierum quinque*, noſtro ſenſui affingere non ceſſant, quem quidem ſenſum ex noſtris ſcriptis elici non poſſe, judicio ſuo dudum pronunciârunt ipſimet Theologi Leidenſes, ad

Art. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Art. 5. accuſationis noſtri Theologi; ſuper quo item vid. noſtra Apol.) *viderint illi*, quando tandem accuſationis ſuæ aut traductionis peſſimæ vel minimum fundamentum non invenerint, quâ ratione tandem latæ culpæ *veliſicentur* , & à deteſtando crimine calumniæ ſe purgent. Interea, ſi quidem omnipotentis Dei 7.
conſervatio continua eſt creatio , (vel ipſo noſtro Theologo id olim ſaltem profitente Diſp.1. Loc. de Deo th.21.) quæ certè rerum propriâ naturâ concurrente, in hoc Univerſi conſtituto ordine nunc peragitur: quid, quæſo, cauſæ eſt, cur ſalva eſſe non poterit creatio divina, ipſique Deo ſoli propria, cùm Deus per principia, à ſemetipſo condita, Naturę ordini convenientia, ac naturaliter agentia, Naturæ ordinem immediatâ ſuâ utque ſupernaturali operatione concurrendo adornaret? Sed mox ſequenti Sect. creatũ 8.
illum Mundi Spiritum vel Animam (quam *Mundi Animum* vel mentem nominat Theologus , ut fortè animam negando conditam, Deum ipſum qui reverà mens eſt, *Mundi Animum*, ſed increatum , ſtatuat cum Stoïcis , cum quibus tacitè colludere videtur diſp.2. Loc. de Creat. th.9. at qui à nobis ſunt exploſi Theatr. Nat. Univ. part 1. diſp.3. q.1. § 26.) illam, inquam Mundi Animam tunc ſuo loco coram accuratiùs videbimus, & quo honore habeatur à Theologo examinabimus. Progrediamur ergo ad ſequentia.

MEDITATIO XIV.

Voces Hebräicæ Græcæ & Latinæ ברא, κτίζειν, *Creare*, *quamvis interdum diſtinctè primam Creaturarum originem ex nihilo notent, quemadmodum* עשה, ποιεῖν, *facere, rei factæ perfectionem : Tamen Creationis terminum illum à quo,* τὸ *Nihil, ſive Nihil eſſe, quod præceſſit* τὸ *Eſſe Creaturæ, neque ſignificant voces illæ priores, per ſe propriâ ſignificatione ; neque à poſterioribus ſemper abeſt ſignificatio illa. Quapropter & in hiſtoria primæ Creationis Geneſ. cap.* 2. & 3. & 4. & *alibi, promiſcuus illarum uſus eſt. vide Eſai.* 45. 12. & 17. 7. *cum Pſ.* 115. 16. & 121. 2. & *Eſai.* 42. 5. 45. 18. *Eccl.* 12. 1.

COMMENTARIUS.

Jam antea Theologus productionem *ex nihilo* non levi conjecturâ viſus eſt negare : ſed ne quis oculatior de occultiore ejus 1.
mente dubitet , omnem nunc porrò creationis *ex nihilo* opinionem ex animis Tyronum paulatim removere tacitè allaborat. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

hunc ergo finem contendit & inculcat ſeriò , *Voces Hebraïcas, Græcas, & Latinas,* ברא, κτίζειν, *Creare, quamvis interdũ diſtinctè primam Creaturarum originem ex nihilo notent , quemadmodum* עשה ποιεῖν, *facere, rei factæ perfectionem: tamen creationis terminum illum à quo,* τὸ *Nihil, ſive nihil eſſe, quod præceſſit* τὸ *Eſſe creaturæ, neque ſignificare Voces illas priores, per ſe ex propria ſignificatione; neque à poſterioribus ſemper abeſſe ſignificationem illam priorem. Quapropter ,* inquit, *& in hiſtoria primæ creationis, Geneſ,*
2. *cap. 2. & 3. & 4. & alibi, permiſcuus illarum uſus eſt.* Impropria quidem locutio eſt Theologi cum vocat τὸ *nihil eſſe quod præceſſerit* τὸ *eſſe Creaturæ*, interim illius hypotheſi ſat congruens, quã æternitatem facit diviſibilem. Ac ſaltem ſenſus ſatis manifeſtus eſt: ſc. nullum dari vocabulum quod *per ſe ex propria ſignificatione* productionem ex nihilo denotet. Longè aliter hactenus exiſtimârunt celeberrimi Theologi orthodoxi quivis: quibus, ut Zanchius loquitur lib. 1. de oper. Dei, c. 2. *Verbum* ברא *propriè de omnium doctiſſimorum Interpretum ſententia ſignificat* EX NIHILO ALIQUID FACERE. Verùm ita ſibi placet noſter omnis eruditionis Aquila , ac uſque adeò ſuis favet propriis opinionibus , ut tot Theologorum nobiliſſimorum ac doctiſſimorum , tot eruditiſſimorum Lexicographorum , ipſorum quoque Rabbinorum omnium , ſuæ linguæ peritiſſimorum , judicia præ ipſo planè nulla ſint. Deliria creduntur, quæcunque tandem alii effutiunt, ac inanis cerebri figmenta , ipſi etiam Scripturæ minùs conſona. Sed videamus , an quâ ratione forſan eminentiſſimus D. Doctor
3. uſque adeò ſe efferat, ut ſolus ſine ratione dictum auſit affirmare, quod infiniti penè Viri celeberrimi veriſſimum non dubitârunt. Profectò, ſi rem ipſam ad examen revocemus aliquanto propiùs, judicium confundit ipſe ſuum , quòd *primariam creationem* non diſtinguat à *ſecundaria*, ac in cauſis naturalibus, ex nihilo ſimpliciter à Deo conſtitutis, facultatem ac cooperationem naturalem, unà cum divina operatione , Dei juſſu concurrentem , non agnoſcat, ſed hoc ingenii Moſaïci figmentum quoddam credat.
4. Equidem poſteriora quidem verba, cùm generaliora ſint, priorem quoque ſenſum complectuntur, quippe cùm *ex nihilo facere* reverà etiam ſit *facere*: At interim imprimis , quando Dei creatricem operationem ſpeciatim indicant , hanc unà cum ſecundis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

cauſis naturaliter agentibus concurrentem innuunt, ac adeò creationem ſecundariam ſignificant; Cùm verò quid à ſolo Deo ex abſolutè nihilo effici indigitatur, omnino propriè adhibetur בָּרָא *κτίζειν, creare.* Quamvis quoque hæc vocabula (inter quæ palmarium eſt Hebraïcum,) productioni rerum tribuuntur quæ non eſt ex abſolutè nihilo: nimirum, quatenus ad indiſpoſitam materiam, ſeu concurrentibus quandoque cauſis naturaliter efficientibus, divina virtus procreans ex nihilo, adeóque omnem vim cauſarum naturalium excedens, applicatur; quæ ipſa tunc in ſpecie indigitari ſolet, ut nempe, licet vel ſecundæ cauſæ in creatione ſecundaria concurrant, infinitæ tamen Dei virtuti creatrici, ac adeò immediatæ ejus operationi principaliter effectus adſcribatur; ſecus ac ſi abſolutè naturalis aliquis effectus ederetur, ubi, utut ipſe Deus quoque proximè concurrat operando, effectus tamen rei naturali velut cauſæ principali ac univocæ ſolet aſsignari. Sic ergo 50.
dicimus Theatr. Nat. univ. p. 2. diſp. 1. q. 1. § 6. Vocabulum hebræum ברא *Bara utrumque Creationis modum,* ſc. *primariæ & ſecundariæ, ſignificare,* ac *ſoli Deo tribui; eique Arabum* חלך *chalaka,* & *Perſarum* אפריד *Afrîd reſpondere* ſeu æquipollere. Atque ita dicitur Deus hominem *creâſſe*, quòd ſaltem ex ſimpliciter nihilo produxiſſet animam, Gen. 1. v. 27. cùm tamen verſ. præced. dixiſſet, *faciamus* hominem, quippe ex pulvere terræ, concurrentibus virtutibus aſtrorum, haudquaquam tunc otioſis, poſtquam erant conditæ, niſi ſpeciali Dei operatione, aut ſubductione ſpecialis concurſus, actio earum fuiſſet impedita: Atque ita Jeſai. 17. v. 7. Deus *factor* hominis vocatur: (quamvis etiam reverà peculiari & immediatâ operatione ad productionem hominis ex terræ pulvere concurrerit Deus.) Similiter Geneſ. 2. v. 3. 60.
dicitur Deus omne opus ſuum *creâſſe faciendo*, (ברא לעשות) ut *primaria* quidem creatio ex abſolutè nihilo innueretur, quam *ſecundaria* fuerit ſubſecuta, ac cui eadem deinceps fuerit connexa: ita ut non niſi cauſis naturalibus ſuas quoque vires à Deo ſibi contributas exercentibus, dum immediatè Deus ageret creando ac perficiendo Univerſum, opus Dei fuerit abſolutum. Ita quoque antè Gen. 1. v. 21. *Creavit* Deus cetos & animantia, &c. non ſimpliciter immediatè, ſed præter Dei operationem immediatam creatricem, concurrentibus, pro facultate naturali ſibi inditâ, qui &

ipſis aquis, quæ *repere fecerunt* ſeu *progenuerunt* ipſa animantia. In citatis porrò à Theologo 3 & 4. capitibus, nihil penitus quod novæ illius ſententiæ favere queat, aut evertere receptam,
7. vel ſagaciſſimus inveniet. Sed expendamus loca alia, quæ item pro ſententia ſua confirmanda Theologus citavit. Eſai. 45. 12. dicit Deus ſe *feciſſe* terram, & hominem ſuper eam *creâſſe*: Certé *fecit* Deus terram, cùm virtute ſuâ infinitâ eam prominere contra naturæ ſuæ inclinationem juberet, ut conſpicua fieret arida, quam Deus appellavit *Terram*; at *creavit* hominem ex nihilo ſimpliciter, producendo ſaltem ipſo illo creationis momento potiorem ejus partem, & per quam homo reverà homo eſt. Unde Eccleſ. 12. verſ. 1. Memento *Creatoris* tui: Et Eſai. 17. 8. nominatur *opus* vel *effectum* (מעשה) manuum ejus, & quod *fecerunt* digiti ejus: Nempe totum opus à ſolo unicoque Deo, cujus voluntas ipſa ejus manus eſt, *creatum* eſt; quæ quidem Dei manus pulcherrimè ſe in digitos diffundit, dum ſecundas etiam cauſas naturales ex nihilo promit, quarum naturali facultate in *efficiendo* ac *perficiendo* Mundo utatur; in quarum ipſa quoque conſervatione & ad actionem concitatione ſimul Dei vis creatrix
8. illuceſſit. Cum quibus locis optimè conſentit Pſalm. 115. v. 15. 16. quòd Deus *fecerit* cælos & terram: cælos quidem Domino; ac terram dederit filiis hominum. Quod quidem Dei *facere* partim eſt ſimpliciter *ex nihilo facere*, ut cum producerentur cæli cælorum, Dei ſc. & Angelorum habitaculum, ac principia terræ atque rerum cæterarum; partem *ex ſubjecto indiſpoſito facere*, ſc. à Deo priùs condito, concurrentibus cum ipſa Dei propria creatione rerum naturalium virtutibus, ut cùm extenderentur ac perficerentur cæli naturales, cúmque produceretur ac perficeretur cum
9. omni ornatu ſuo terra, quæ eſt data homini. Hunc ſenſum declarat Spiritus S. Eſai. 42. v. 5. Deus Dominus Creans cælos, & *extendens* eos, & *expandens* terram & germina ejus: Similiter Eſai. 45. 18. Dominus *creans* cælos, ipſe Deus *formans* terram, & *faciens* eam, ipſe *diſponens* eam: non תהו inanitatem *creavit* eam, ad habitandũ *formavit* eam. Ubi priori loco ipſum תהו rudis terræ & aquarũ materia *creata* à Deo ſubintelligitur, una cum cælo cælorum; at poſteriori loco *creata* manifeſtè indigitatur: terram verò ipſam, quæ habitaculum conceſſa eſt hominibus, dicitur Deus

feciſſe

feciſſe, diſpoſuiſſe, formâſſe. Sed ne quis fortè ſequiùs quàm par eſt 10.
de Doctore noſtro quicquam opinetur: non quidem illud penitus intendere videtur, *creaturarum originẽ ex nihilo*, ſeu ex non aliqua materia, omnino nullam eſſe; ſed tantùm TERMINUM à QUO, τὸ NIHIL, *ſive* NIHIL ESSE, *quod præceſſerit τὸ eſſe Creaturæ; ex propria ſignificatione vocum Scripturæ non ſignificari* contendit; adeóque non dari tranſitum Creaturæ à non eſſe ad eſſe, urget, quamvis alio quocunque ſenſu ex nihilo producta dici queat. Hîc ergo ad mentem D. Doctoris noſtri aciem intellectus noſtri dirigamus, ut aliquanto clariùs quid ſit *ex nihilo produci* ex ſententia noſtri Theologi, intelligamus.

MEDITATIO XV.

Flagitat nihilominus vox ברא *creavit, verſ. 1. cap. 1. Geneſios, interpretationem de Effectione Cœli & Terræ ex Nihilo, propter rei ſubjectæ naturam & circumſtantias. Quia in Principio, quo per Creationem exiſtere cœperunt creaturæ, exſtitit & exiſtere potuit ſolus Creator: quo ſolo exiſtente cuncta præter ipſum Nihil erant. Quapropter iſta eſt vera Creationis periphraſis, Deum vocare τὰ μὴ ὄντα Non Entia, ut Entia, Rom. 4. 17. ex qua interpretanda eſt etiam iſta, Facta eſſe τὰ βλεπόμενα, illa quæ videntur, μὴ ἐκ φαινομένων, non ex apparentibus, Hebr. 11. 3.*

COMMENTARIUS.

Quamvis ergo, ex illius mente, nulla Dei aut Scripturæ vox 1.
Creationem ex nihilo, velut termino, ſignificet; *Flagitat nihilominus vox* ברא *Creavit, verſ. 1. cap. 1. Geneſ. interpretationem de effectione Cœli & Terræ ex nihilo, propter rei ſubjectæ naturam*, (quòd nempe ea non fuerit propriè materia,) *& circumſtantias:* Nimirum, *Quia in principio, quo per creationem exiſtere cœperunt creaturæ, extitit & exiſtere potuit ſolus Creator: quo ſolo exiſtente, cuncta præter ipſũ nihil erant.* Videtur ergo hinc, collatis præcedentibus, Doctoris noſtri mens jam ſatis clara eſſe, licet minùs pia, quæ & plures alias impietates ſecum trahit. Nimirum, jam antè *primum* 2.
aliquod *æternitatis momentum* inculcavit: quo quidem poſito, quando Cœlum & Terra *in principio* dicuntur condita, intelligit omnino ſuum illud *primum æternitatis momentum.* Atq; ita jam certè *nihilum ex quo* non poteſt denotare *terminum*, qui præceſ-

ſerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſerit τὸ eſſe Creaturæ; ſed unicam materiæ, propriè dictæ, negationem: Ac erit ita Mundus ipſi Deo coæternus, quamvis fortè non
3. ſit neceſſariò eidem ὁμούσιος. Quòd ſi verò illud primum principium æternitatis, principium quoque temporis intelligendum ſit, (ex iis quæ jam antè D. Doctor tradidit,) ante quod fuerunt Angeli cum ſuo habitaculo, (ut antè quoque ex Theologi noſtri mente eſt oſtenſum:) fuerunt utique Angeli ante ipſum Deum, quippe ante ipſammet æternitatem : non ergo ſunt à Deo conditi: vel fuit Deus aliquando non æternus, (cùm ſc. nondum eſſet illud primum æternitatis momentum,) ac per conſequens non
4. Deus. Sed, inſuper, tametſi fateatur, *ſolo exiſtente Creatore,*) hoc eſt, cùm nondum creatura ulla eſſet condita,) *cuncta* (nempe quæ creata ſunt,) *præter ipſum* Creatorem *nihil eſſe*; haud tamen inde vult inferri, ergo Creaturas ex nullo penitus ſubjecto eſſe conditas: quippe cùm vel ipſe antè viſus fuerit inculcare voluiſſe, *Deum ex ſe ipſo*, veluti ſubjecto aliquo, *feciſſe omnia*, adeóque ſibi
5. ὁμούσια. Quod ſi ergo aliam fidem nullam habeat Theologus divini verbi autoritate roboratam, quàm quæ ex dictis innoteſcit, utiq; non video, quâ ratione non ambabus ulnis complectatur illam hæreſin, quâ Mundum Creatori faciat coæternum; quin imò faciat eum Deitatis aliquã perſonam, ex ſubſtantia ipſius Dei genitam, ac eidem prorſus coëſſentialem. Nec verò, ex ſententia Doctoris noſtri, *iſta vera creationis periphraſis, Deum vocare τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, non-entia, ut entia, Rom.* 4. 17. verum ſenſum ampliùs obtinebit: quippe hæc facilis erit D. Theologi noſtri interpretatio, Eum, qui jam omne *Ens* creatum *actu* eſt, fuiſſe olim, cùm non eſſet temporis aut æternitatis primum aliquod principium, vel potiùs cùm nondum opus ſuum *ex ſe* effeciſſet, omne *Ens potentiâ*, adeóque actu *non Ens*. *Ex qua* periphraſi *interpretandam etiam iſtam* mo-
6. net: *Facta eſſe τὰ βλεπόμενα, illa quæ videntur, μὴ ἐκ φαινομένων, non ex apparentibus*: nempe ſtatuit, ut colligendum ex præmiſſis, viſibiles Mundi creaturas ex inviſibili Deo eſſe factas. Ne jam dicam ipſum etiam illud chaos atomorum, quod æternum (hoc eſt, ut Noſter enunciaret, *in primo æternitatis momento*, ſeu *in principio*, exiſtens,) aliqui crediderunt, *inviſibilem ſpeciem* fuiſſe appellatum, *& neque terram, neque aërem, neque ignem, neque aquam, neque rurſus ex his aliquid conſtitutum, aut aliqua ex quibus pro-*
priè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

priè hæc ipſa ſubſiſtunt, ſed informem ſinum omnium capacem, (ut
ex Platonis Timæo citavimus, diſp. 3. diſcurſ. de Mund. Opiſ.
§ 7. 8. 9.) atque adeò *non ens* actu, ex quo *entia* ſint formata. At
tale *non-ens* perperam cum *nihilo* confundit Theologus. No- 7.
tate autem, Optimi Lectores, monſtra hæc opinionum, quæ mi-
nimè coacta, aut per conſequentias longè quæſita, (qui ratioci-
nandi mos eſt Theologo noſtro,) ex Theologi theſibus, aut lo-
quendi modis, diducuntur, ſed planè ſuâ ſponte fluunt. Quid verò
hiſce, vel ex lumine Naturæ, (ut ſanioribus aut clarioribus hoc
noſtro Doctore Theologis Scripturæ ſ. meliorem expoſitionem
relinquamus,) olim ſit à nobis ex adverſo poſitum, cùm nondum
noſtri Viri hæc Effata ſplendida eſſent fabrefacta, vid. Theatr.
Nat. Univ. part. 4. q. 4. Poſ. VII. & conſ. ea quæ poſuimus part. 2.
diſp. 1. q. 1. §. 3. 4. Sed ne vel minimum quid vi quâdam, ex lo- 8.
quendi fortè modo quodam duriore, præter mentem Viro affin-
xiſſe videamur, conferatur ejus Med. 1. Sect. 2. Loc. de Creat. Ubi,
*Creationis actionem & efficientiam ex Deo propriâ vocum ſignifi-
catione, etiam in Scriptura, dici* aït κτίσιν *Creationem; illius verò ef-
fectum ſeu opus propriè loquendo eſſe & dici* κτίσμα *Creaturam:*
Cùm itaque hoc loco dixerit, κτίζειν *Creare*, *non ſignificare per ſe
ex propria ſignificatione terminum à quo,* τὸ *nihil, ſive nihil eſſe, quod
præceſſerit* τὸ *eſſe creaturæ*: utique hanc ſuam mentem prodit, me-
ridianâ luce magis claram, *Creationem non eſſe propriâ ſignificatio-
ne effectionem ex nihilo; ſed actionem & efficientiam ex Deo.* Ac ta- 9.
lis interim ratiocinatio ab eodem inſtituitur: *Creatio non ſignifi-
cat propriè terminum à quo, qui ſit* τὸ *Nihil: Creatio eſt propriè ef-
ficientia ex Deo: Ergo efficientia ex Deo non ſignificat propriè ter-
minum à quo, qui ſit Nihil.* Nimirum, cùm creatio ſit efficientia
ex Deo, utique non ex nihilo eſt propriè, ſed ex aliquo: quodam-
modò tamen dici poteſt ex nihilo eſſe: Ex nulla enim materia pro-
priè dicta eſt; veluti nunc, in Naturæ conſtituto ordine, vi Naturæ
quicquid fit ex materia propriè dicta fit. Notate, quæſo, Viri 10.
γνώμην, Lectores, & quàm præclarè orthodoxiæ Religionis con-
ſentiat illius animus, Vos ipſimet expenditote. Sed hunc ſuum
animi ſenſum jam antè in Creationis definitione haud obſcu-
rè innuebat, ut non ſine ratione illic fuerit Animadverſionis No-
tulâ à nobis inſignitus. Plures hæreſes, quæ ex propoſitis opinio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

nibus ac dictis pullulant, de Dei mutabilitate, de mixtione actus cum potentia, & quæ id genus ſunt ſimilia, *ſub peplo quaſi Palladis ac veſte Jovis* occultatas, impræſentiarum non attingam. Ea quæ tetigimus vel ex obliquo, poterunt ſufficere ad excitandos pios animos, quibus ipſa Dei Eccleſia à Deo demandata eſt, ut peſtem illam dogmatum expurgent, vel loquendi modos admodùm periculoſos corrigant, ac Religionis offendicula graviſſima emẽdent.

MEDITATIO XVI.

Philoſophia docens, ex Nihilo Nihil fieri, non præſcribit contra hanc veritatem Theologicam de Creatione Mundi ex Nihilo: neque quod hîc Philoſophicè verum eſt Theologicè falſum eſt, aut contra. Quia axioma illud verum eſt, non ſine limitatione de vi naturæ finita, quæ non operatur abſque naturæ concurſu: ſalvâ ſemper Dei potentiâ, quæ quamvis nihil faciat contra illam quam ipſe ſtatuit naturæ legem, propter Veritatem Dei ἀμεταμέλητον, tamen ſupra & præter illam potuit, & poteſt etiamnum, efficere quod vult.

COMMENTARIUS.

Sed ne quid ullibi difficultatis contra pulcherrimam ſententiam,
1. ſi Deo placet, moveri poſſe videatur, ad ipſos etiam Philoſophos ſe confert, qui naturæ actionem ab actione Dei fortẽ non diſtinguunt. Hiſce Axioma eſt: *Ex nihilo nihil fieri.* At reſpondet D. Doctor: *Philoſophia docens ex Nihilo Nihil fieri, non præſcribit contra hanc veritatem Theologicam, de Creatione Mundi ex nihilo: neque quòd hîc Philoſophicè verũm eſt, Theologicè falſum eſt; aut contrà.* Nam ipſa etiam creatio, utut quodammodò ex nihilo dicatur eſſe, quatenus ex nulla materia vel è ſubjecto phyſico; quodammodò tamen etiam ex aliquo eſt, nimirum *ex Deo*, ut jam antè inculcavit. Æquè ergo verum eſſe in Theologia aſſerit, *ex nihilo nihil fieri*: atque idem in Philoſophia verum eſt: Atque ut, *quod hîc Philoſophicè verum eſt, nequaquam Theologicè falſum* eſt: Ita nec *econtrà*; Scilicet, *quod hîc Theologicè verum eſt, id Philoſophicè falſum eſſe* minimè eſt putandum. Velut ergo
2. *ex nihilo omnia* facta Theologicè dicuntur; ita & *ex nihilo omnia* fieri Philoſophicè dicenda ſunt: Nam & ſubjectum primum corporum naturalium, ſeu materia prima, *non ens* actu eſt, ut docet Ariſt 1. phyſ. cap. 8. quippe quæ *per ſe neque quid eſt, neque quantum, neque aliquid eorum quibus ens determinatur.* 7. Metaph. cap. text.

text. 7. Cur autem in Theologia & Philoſophia non idem productionis ſit ſubjectum ex quo, dum illic quidem *Deus* ipſe dicitur ſubjectum, hîc verò *materia phyſica*, hanc rationem porrò addit: *Quia axioma illud*, (ex nihilo *nihil fieri*,) in Philoſophia *verum eſt non ſine limitatione de vi naturæ finita, quæ non operatur abſque materiæ concurſu*. Deo nempe ſoli ea virtus convenit *ex ſeſe* omnia efficiendi: Natura verò, ut ex Deo ipſa ortum habet, ita non *ex Deo* efficit immediatè, ſed *ex materia* à Deo & *ex Deo* in principio, hoc eſt, in primo æternitatis momento, genita, cùm ſimul ea eſt in corpora digeſta. Sic ergo manet *ſalva ſemper Dei potentia*, nec per naturæ Legem, quæ eſt ut nihil niſi ex materia efficiatur, tollitur *efficientia ex Deo*. *Dei* enim *potentia, quamvis nihil faciat*, (poſt ſemel conſtitutum à ſe ordinem Naturæ,) *contra illam quam ipſe ſtatuit naturæ legem, propter veritatem Dei ἀμεταμέλητον*, (hoc eſt, quamvis det Naturæ habenas, in qua conſervanda Deus ipſe nihil conferre creditur Theologo, præter generalem quandam actionem, unde vis motionis pendeat, ut adeò Dei potentia naturæ curſum nunquam nutu proprio ac ſpeciali quadam actione credatur flectere aut inhibere: confer. ad hæc Calvin. lib. 1. Inſtit. cap. 16. § 1. Et interim expendatur, quâ ratione, ſalvâ hac ſententiâ Theologi noſtri, vel Scriptura careat falſitate, vel Dei veritas ἀμεταμελεία, Joſ. 10. v. 13. & Jeſa. 38. v. 8. ubi certè *contra naturæ legem* aliquid feciſſe dicitur Dei potentia. Quod cùm manifeſtè quidem neget noſter hic Theologus, concedit tamen alterum,) *tamen ſupra & præter illam* Naturæ legem *potuit, & poteſt etiamnum, quod vult*. Sic quidem Dei vim, in altiori poſitam faſtigio, Natura non attingit: ac illa poſſet alia, ſi vellet; ſed non vult: *ſemper* enim *paret*; *ſemel juſſit*. Et quamvis fortè aliquando pari paſſu ambulent, non tamen altera concernit alteram, quòd ſit una præter aliam, poſt conſtitutum ordinem Naturæ, ubi Deus nihil facit contra eam, quam ipſe ſemel ſtatuit, Naturæ legem: Interea tamen, ſicut olim ex ſe potuit Deus univerſam Creaturam condere, ita etiamnum ſupra ac præter Naturam agendi vires ſibi ſervavit, quibus olim Mundum ex ſui ſubſtantia produxit. Hîc Notam figitote, quicunque eſtis puriores corde ac Religione: Et quâ ratione *immediatam Dei Providentiam* tueatur ſubtiliſſimus Theologus, expendito-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

te aliquanto diligeutius. Nos interim ad ſequentia properabimus.

MEDITATIO XVII.

Quamvis porrò hiſtoria creationis primæ ſciri non potuit abſque ſupernaturali revelatione : adeóque illa quæ in Gentilium Philoſopborum aut Poëtarum ſcriptis veram Hiſtoriam ſapiunt ſint ἐρείπια ſeu rudera Traditionis Patriarchalis, ſeu ſcriptæ ſeu non ſcriptæ : Tamen & Deum Creatorem eſſe Vniverſi; & Novitatem Creaturæ in aliquo temporis principio, quo cùm non eſſet eſſe cæperit, demonſtrat Naturalis Theologiæ hypotheſis illa : Deum eſſe unum illud Summum Ens, quod ſolum habet neceſſariam exiſtentiam. Demonſtrationis ἐξεργασίαν dedimus, Loci de Deo Diſp. 1. Theſ. 16. 17. 18.

COMMENTARIUS.

1. *Quamvis porrò*, inquit, *hiſtoria Creationis primæ ſciri non potuit abſque ſupernaturali revelatione; adeòque illa, quæ in Gentilium Philoſophorum aut Poëtarum Scriptis vèram hiſtoriam ſapiunt, ſint ἐρείπια ſeu rudera Traditionis Patriarchalis, ſeu ſcriptæ ſeu non ſcriptæ.* Pauliſper hîc figamus pedem, ut ſuâ etiam laude Virum extollamus, qui ſaltem in Hiſtoria Creationis tandem fidei potiùs quàm rationi naturali locum eſſe cupit. Reverà enim,
2. ſicut revelatione ſupernaturali demum conſtat, non uno omnia momento eſſe condita, quamvis ipſe Conditor, cùm infinitè potens eſſet, haberet facultatem omnia ſimul uno eodemque momento producendi; ita certè ordo atque ſeries Creationis, adeòque univerſa rerum Creatarum hiſtoria, non niſi factâ revelatione ſupernaturali nobis nota eſſe potuit. Interim, hoc obſervatio-
3. ne eſt digniſſimum, quod non omnia illa, quæ Gentilium Philoſophorum atque Poëtarum ſcriptis ſunt exhibita, hîc fabuloſa aut conficta habeantur à Thologo; ſed nonnulla *veram ſapiant hiſtoriam Creationis*, ac *reliquiæ* ſint ſeu *rudera Traditionis Patriarchalis, ſeu ſcriptæ ſeu non ſcriptæ.* Sic multa certè, quæ à Deo quidem olim revelata ſunt, at interim volumine ſacro, quod ad ſalutem eſt mortali generi conceſſum, comprehenſa non ſunt, ſed Naturam rerum, ac humanam illam ſapientiam concernunt, quæ per ſe ad ſalutem non eſt, à Patriarchis ac ſanctis & amicis Deo Viris olim poſteris relicta ſunt, ac vivâ inſtitutione veluti per ma-
4. nus tradita. Talibus certè multis, non adeò ſalutem quam Philo-

ſophiam

ſophiam attinentibus, (licet S. S. Dei Paginâ non uſque adeò ad unguem expreſſa, & ad vivum adumbrata extent,) ſæpenumerò Philoſophi Antiqui *non ſcriptam* Dei atque rerum creatarum veritatem exprimunt: quam quidem velle eo ſolùm nomine rejicere, quòd in θεοπνεύστῳ Dei verbo non occurrat prorſum manifeſtè, eſt cum ratione inſanire, vel certè ultra fidem credere. Certè ſi quid S.S. Dei Verbo ſit adverſũ uſlibi, id quidẽ falſum eſſe atque commentitium per ſolam fidem novimus: At ſi quid habeant Philoſophi quod nec divinæ Paginæ repugnat, nec rationi admodùm adverſum eſt, id utique non niſi ratione magis ſolidâ incertum reddi poteſt. Quòd ſi in talibus fortaſſe nulla detur certa 5.
demonſtratio, ipſa rerum probabilitas utrinque ponderanda eſt: nec interim qui hîc à vero abeſt longiùs, idcirco minùs pius eſt habendus: nam certè vel in eo ſæpe quod eſt minùs verum in Natura, major pietatis veritas refulget, ſi animi conceptus quivis piâ mente ad illuſtriorem Dei gloriam referantur. Hîc ſanè fictæ in 6.
adverſum aliorum Conſequentiæ, vel ex Utopia nonnunquam accerſitæ, ne hilum quidem conferunt Religioni; ſed quantò magis hanc involvunt, eò magis pietati nocent, ipſamque chriſtianam charitatem ſupprimunt. Periculoſum ſanè eſt, ac verè temerarium, Philoſophorum dogmata evertere conari per Scripturam ſine claris atque evidentibus Scripturæ teſtimoniis : id enim eſt Scripturæ luci nebulam affundere; ac lucernam illam Dei, caligine intellectus proprii involvere. Non ita Dei verbum, quod in o- 7.
mnibus quæ ad Religionem faciunt, per ſe eſt clarum atque evidens, ambiguum vel anceps reddi debet, per ineptas fortè conſequentias, ac temerarias ſubinde cavillationes: quaſi non in omnibus quæ ad ſalutem pertinent, directè & expreſsè nos erudiat ſalvificus ille Dei Spiritus ; ſed ambiguis phantaſmatis humani cerebri ſalutis noſtræ dogmata ſubmittat. Quanta hæc in Deum eſt injuria! quantum pietatis hoc impedimentum! Non ergo u- 8.
bivis Antiqui Sapientiæ Antiſtites ſunt explodendi, vel cavillis temerariis excipiendi: quippe qui *Traditiones* illas *Patriarchales* omni ſtudio conquiſiverunt; & quæ *non ſcriptæ* erant olim, *ſcriptas* nobis tradiderunt. Unde paſſim, ſi quid rationem fortè videbatur ſuperare, *Vetus ſermo eſt* addebant, *à Majoribus proditus*, ut apud Autorem lib. de Mundo cap. 6. Vel, *ut antiquo verbo eſt pro-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

9. *ditum*, iniquiebant, ut ibid. cap. 7. Atque ita certè Plato in Timæo, cùm de Univerſi generatione dicere inſtituiſſet, reſpiciens Majorum Tradita, *Rationem originis*, inquit, NATURALITER *explicare difficillimum eſt*. Sermones ergo Patrum ac Majorum, ac Traditiones eorundem, ipſi in Antiquitate nobiliſsimi Philoſophi curioſè admodùm notàrunt, ut ideo non ſine ratione Proclus non ſemel Antiquorum illam Sapientiam θεόδοτον & θεοπαράδοτον vocaverit, veluti *ab ipſo Deo datam* ſeu *revelatam*, *indeque*
10. *longâ ſerie per manus traditam*. Hinc quidem meliori Sapientiæ humanæ, ac velut θεοπνεύστῳ, fabuloſi aliquid ſubinde intermixtum eſt, à veræ Sapientiæ alumnis, quod ad mores nempe hominum informandos attinebat. Ab eo autem ſi ſubſtantia rei ipſa, tum per rationis, tum per S. Scripturæ ductum, ſecernatur, omnino hæc non erit abſque ratione contemnenda aut repudianda.
11. Apertè Ariſtot. 12. Metaph. cap. 8. ubi de Deo & Intelligentiis edìſſerebat, *Tradita ſunt quædam à Majoribus noſtris*, inquit, *& admodùm antiquis, ac in fabulæ figura poſterioribus relicta, quòd hi Dii ſint, Univerſamque Naturam Divinum contineat. Cætera verò fabuloſè, ad multitudinis perſuaſionem, & ad legum, ac ejus quod conferat opportunitatem, jam allata ſunt. Hominiformes namque, ac aliorum animalium nonnullis ſimiles eos dicunt, ac alia conſequentia, ac ſimilia iis, quæ dicta ſunt: quorum ſi quis ipſum ſolùm primum ſeparando accipiat, quòd Deos arbitrantur primas ſubſtantias eſſe, divinè profectò dictum putabit*. Simili autem ratione & in aliis id
12. genus ſimilibus judicandū eſt. Ac non alium in finem, quàm quatenus ad honeſtatem atque mores emendandos quædam attinent ab ipſo etiam Platone, Triſmegiſto, atq; aliis, fabularum involucris ſubinde rei veritatem fuiſſe involutam, ſatis manifeſtum dedimus Diſſert. 2. de Anim. Hum. § 56. 59. Quod idem de Platone teſtatur Proclus in Plat. Theolog. lib. 1. cap. 4. *Plato*, inquit, *fabuloſorum commentorum non omnem fabuloſam ſcriptionem ad-*
13. *miſit; ſed eam tantùm, quæ ſpectat honeſtum & bonum*. Prædictorum verò *ruderum Traditionis Patriarchalis*, etiam *non ſcriptæ*, *quæ in Gentilium Philoſophorum ſcriptis veram ſapiunt hiſtoriam Creationis*, velim in progreſſu quoque D. Doctorem noſtrum eſſe memorem. Nunc quæ ſequuntur porrò recitemus: *Tamen & Deum*, inquit, *Creatorem eſſe Univerſi; & Novitatem Creaturæ*

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

in aliquo temporis principio, quo cùm non eſſet eſſe cœperit, demonſtrat naturalis Theologiæ Hypotheſis illa : Deum eſſe unum illud ſummum Ens, quod ſolum habet neceſſariam exiſtentiam. Demonſtrationis ἐξεργασίαν *dedimus Loc. de Deo diſp.* 1. *th.* 16. 17. 18. O- 14.
mnia ita in dubium vocantur à Theologo, ut mirum ſit profectò, niſi Deum eſſe tandem dubitet. *Deum eſſe unum illud ſummum Ens, quod ſolum habet neceſſariam exiſtentiam*, Hypotheſin Theologiæ naturalis vocat: quæ nobis fuit alibi certiſſima Concluſio, per demonſtrationem evidentem ſatis ſolidè, (ni fallimur,) illata. In θεοπνεύστῳ equidem Theologia reverà illa eſt *Hypotheſis*, ut antea oſtendimus: at ſi in naturali etiam Theologia eadem *Hypotheſis* dicatur, quâ ratione, quæſo, tandem confirmabitur, ſi ab Atheo negetur? Bone Deus, quàm laxè tandem Epicurus dominabitur!
Certè non eſt eadem *Hypotheſium* & *Axiomatum* natura, ut illæ 15.
quoque terminis perſpectis atque cognitis pro veris ſtatim habeantur. Per naturam demonſtrari poſſe, *Deum eſſe illud ſummum Ens, quod ſolum habeat neceſſariam exiſtentiam*, nec adeò pro hypotheſi habendum illud eſſe, in Confeſſo fuit hactenus apud omnes Theologos orthodoxos; atque idem manifeſtè confirmatur ab Apoſtolo ad Rom. 1. v. 19. 20. ubi inviſibilia Dei ex viſibilibus mente percepta dicuntur: ut adeò hac parte etiam Theologus noſter Orthodoxis reliquis, ac ipſi τοῦ θεοῦ λόγῳ *ſacræ Scripturæ* refragetur.
In eo autem convenientia & diverſitas Religionis 16.
atque Rationis noſtræ veræ ſita eſt, quòd, cùm non refragetur Fidei ac Religioni Ratio, ſi fortè ejus apicem non ſemper aſſequatur; ſimiliter nec Rationem quoque penitus excludat ipſamet Religio: ſed ad Fidem ac Religionẽ veram illud ſatis eſſe conſtet, ſi modò etiam idipſum quod fortè ratio non concipit, quod tamen interim divinâ paginâ eſt traditum, pro rato ac indubitato habeatur. Fides certè quoque ea eſt, ſi quid cum ratione ex divino verbo admittatur, quod ſi vel deeſſet ratio, pro certo haberetur nihilominùs. Sic fide quidem ex divina pagina tenemus, Deum eſſe illud ſummum Ens, quod abſolutam habet exiſtentiam; at ratione interim quoque contra Atheos idipſum demonſtramus.
Quòd autem *Novitatem Creaturæ in aliquo temporis* 17.
principio, quo cùm non eſſet eſſe cœperit, demonſtret ulla aliqua naturalis Theologiæ hypotheſis, vel ratiocinatio, omnino falſum eſſe

antea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

anteа oſtendimus ad Med. 10. ubi tandem ipſe etiam Theologus noſter verbis Athanaſii errorem ſuum vel invitus corrigit, ac manifeſtam contradictionem ſuis verbis involvit: ſed nunc ad genuinam indolem revertitur, ut verè de eodem dici queat: *Modò aït, modò negat.* Sed cùm præter illa Athanaſii verba, nihil ſe jam olim dictis de Novitate vel Æternitate Creaturæ velle addere jam antè ſit pollicitus, cur eadem hîc denuò inculcat Tautologus ex diſp. 1. Loc. de Deo, quæ ut olim ſine ratione protulit, ita re-
18. petita denuo ad th. 10. cum ratione ſunt à nobis refutata. Fortè ſui ipſius memor non eſt: ac certè minùs compos bonæ rationis, quando ita turpiter ineptâ ratiocinatione neceſſariam Dei exiſtentiam minùs neceſſariam effecit; quam etiam alio effato, de primo æternitatis aliquo chimærico momento, planè ſuſtulit, ut expoſitione noſtra ad citat. Med. 10. eſt manifeſtum. Sed cùm non minùs viſus fuerit omnem *ex nihilo ſimpliciter* productionem voluiſſe penitus evertere, loquatur, quæſo, circa hanc rem aliquanto pleniùs, ut planum apertum videamus ejus animum.

MEDITATIO XVIII.

1. *Circa Creationem ex Nihilo, non idem omnes alias Orthodoxi ſentiunt; Alii enim Cælum, Terram, Aquas, non minùs quàm Creaturas ſpirituales, ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ſuæ ratione cenſent creata eſſe ex nihilo, hoc eſt ex nulla materia: Alii opinantur, primâ Creationis actione & efficientiâ ex Deo, creatam unam corporum omnium cæleſtium & terreſtrium materiam primam. Atq; hanc opinionem inter Evangelicos primum Eridos facit ἐξ ἐριθείας Balth. Meiſnerus Philoſ. ſobriæ. ſect. 3. c. 3. quæſt 3. Ac temerè aſſerit, priorem ſententiam, quam nos veriorem credimus, oppoſitam eſſe, ut Theologis Lutheranis, ita ſanctis Patribus.*

COMMENTARIUS.

Circa Creationem ex nihilo, inquit, *non idem omnes, aliàs Orthodoxi, ſentiunt.* Equidem, non idem noſtrum Theologum cum Orthodoxis aliis *circa creationem ex nihilo* ſentire, apparuit ex pręcedentibus: at utinam eâ parte interim non nimis ipſe eſſet heterodoxus. Quod ipſe quidē refert inter Orthodoxos hîc diſſidium, id minimè attingit Religionem, nec adeò vel ab Orthodoxia vel ab Heterodoxia per ſe capax eſt denominationis *Alii, enim* ipſo

ipſo referente, *Cælum, Terram, Aquas,non minùs quàm Creaturas ſpirituales, ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ſuæ ratione cenſent creata eſſe ex nihilo,hoc eſt,ex nulla materia: Alii verò opinantur,prima Creationis actione & efficientia ex Deo, creatam unam corporum omnium cæleſtium & terreſtrium materiam primam.* Per Cælum 3.
quidem hîc Theologus, non vult indigitare *Cælum ſummum*,ſeu *Cælum calorũ*:quod enim hîc,idipſum à *ſpiritualibus creaturis*,i.e. Angelis,ſeparat,(quando in fine præſentis Med. illam *Cæli*,terræ & aquarum ſeparationem *à creaturis ſpiritualibus* probat, dum priorem ſententiam amplectitur.) At Angelos unà cum *Cælo ſummo* ſtatuit creatos diſp. 3. Loc. de Creat. th. 6. nimirum, primâ die, ibid. th. 1. ſed intelligit hîc *Cælum medium æthereum*, & *infimum aërium*,(ut cit. diſp. th. 2. appellat.)unà cum cæleſtibus corporibus ſeu aſtris,ut ex alterius ſententiæ oppoſitione innoteſcit,ubi idẽ illud Cælum *omnium corporum cæleſtium* appellatione indigitat:Sed cùm hîc quoq; *omnium corporum terreſtriũ* materia quædam prima ſupponatur,vi oppoſitionis utique in ſententia priori omnia item corpora terreſtria videntur præſupponi *ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ſuæ ratione ex nihilo creata.* Aut,ſi non 4.
æquè hîc ſit oppoſitionis ratio ſervanda, cur, quæſo, in ſententia priori non habetur pro abſurdo corpora terreſtria quævis, quæ ſunt præter elementa, ex materia quadam priori à Deo eſſe condita; at abſurdum judicatur elementis etiam aliquam materiam priorem à Deo eſſe conſtitutam? Quaſi verò nihil elementis vul- 5.
gò dictis ſit ſimplicius, aut nefas ſit iiſdem aliquid ſimplicius à Deo eſſe conditum. Certè & in eo eluceſcit Dei infinita virtus, ſapientia, & bonitas, quod & potuerit & voluerit eſſe talibus principiis largiri,quorum eſſe vix judicio noſtro capimus;& quò ipſi nihilo principia propria ſunt, eò magis omnia ex nihilo eſſe condita per ipſum Dei opus innoteſcit. Rectè equidem Plato in 6.
Timæo, (utut minimè ſic urgeat æternum aliquod chaos, ut apparebit ſuo loco,) *Nullus unquam ad hoc uſque tempus elementorum generationem oſtendit: ſed quaſi notum ſit quid ſit ignis & reliqua, ſic de illis verba facimus, eaque Mundi primordia conſtituimus, cùm ne ſyllabarum quidem,nedum elementorum vicem tenere apud homines mentis quoquo modo compotes debeant.* Ac equidem 7.
interea non ſunt oppoſita, ſi vel *omnia ſimpliciter univerſæ eſſentiæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſua ratione creata eſſe ex nihilo dicantur; at interim *creata eſſe prima aliqua materia* ſtatuatur, ex qua deinde corpora Mundi viſibilia ſint condita: ſive enim *abſolutè immediata* corporum ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ratione ſit creatio, ſive *mediante materiâ quadam primâ*, primitus à Deo condita, dicatur fieri; utrovis certè modo corpora *ſimpliciter univerſa eſſentia ſua ratione ex nihilo creata* commodè cenſentur; utut non primariâ creatione utrobique: Niſi fortè (præſuppoſito quod etiam corpora quinque poſteriorum dierum ſimul tota ſint creata,) falſitatis arguatur Moſes, ac credantur omnia ſimul unico momento eſſe condita, non minùs quàm & creaturæ ſpirituales; vel creationi corporum naturalium, quatenus eſt primaria abſolutè, ſucceſſio attribuatur.

8. Sed, prius hoc quod attinet, certè paucos admodùm Theologos ſequaces ſui ac faventes habuit ſententia illa quæ eſt apud Auguſtinum lib. 5. cap. 3. & lib. 6. cap. 6. Gen. ad. lit. ubi *uno eodemque momento omnia ex nihilo creata* ſtatuuntur: ſcilicet in hæſitationem fortè adductus fuit aliquando ipſe etiam Auguſtinus, ex loco Apocrypho, qui eſt Eccleſ. 18. verſ. 1. (qui fortè Moſen aliquo modo fabulatum doceat:) de cujus tamen loci ſenſu meliore non

9. obſcurè conſtat, ac à nobis dictum eſt Theatr. Nat. Univ. part. 2. diſp. 7. § 39. 40. Poſterius autem, (quòd ſc. productioni primariæ abſolutè ſit ſucceſſio attribuenda,) omnino dici nequit, niſi vel virtuti infinitæ aliqua remiſſio aſsignetur, vel in productione ex ſimpliciter nihilo ſubjecti quædam reſiſtentia concipiatur. Sed ne prædicto quidem modo, (ne fallamur,) oppoſitionem facere videtur Theologicus Profeſſor; quippe, illi ea quæ *ſimpliciter univerſa eſſentia ſua ratione creata eſſe ex nihilo* dicuntur, intelliguntur ſolummodò *ex nulla materia* (non ex ſimpliciter nihilo) eſſe condita: unde ex *nihilo* inquiens, mox limitat *id eſt ex nulla materia*: reſpicit ergo denuò efficientiam ex Deo, quâ omnia immediatè facta ſint, nullâ priùs ab eodem conditâ materiâ: quam *efficientiam ex Deo*, ſeu ex ſubſtantia divina, ſimpliciter immediatam pluribus jam antè ſatis ſtudioſè inculcavit, & ne quis ullam aliam *creationem ex nihilo* concipiat vel fingat, quàm ſolam quæ *ex nullâ ſit materia*, hîc rurſum peculiari quadam emphaſi cavere ſtuduit.

10. Hoc uno ſaltem dogmate non minùs quàm lac lacti Noſter ſibi ſimilis exiſtit. *Creatio* nimirum non ſignificat propriè productio-

nem

nem *ex nihilo ſimpliciter*; ſed propriè ſignificat *efficientiam ex ſolo Deo*, ut jam antè pluribus inſinuavit. Creationis ergo modo, quo omnia *ſimpliciter univerſa eſſentia ſua ratione ex nulla* penitus *materia*, ſed immediatè *ex Deo* condita credantur, opponit alterum, quo nempe *primâ Creationis actione & efficientiâ ex Deo creata aliqua corporum omnium materia prima* ſtatuatur, ex qua deinceps corpora eſſent concinnanda. At equidem inſignitam fa- 11.
cit hîc Theologis quàm plurimis, quin imò Orthodoxis omnibus, injuriam, qui in duas claſſes eos dividens, utriſque æquè impiam ſententiam affingit, dum non aliam *ex nihilo* creationem, quàm quæ *ex nulla* ſit *materia* ſolummodò, interea *efficientiam ex Deo* inculcando, ſenſui eorum, tribuit. Ac, ut de mente ejus conſtet luculentiùs, *priorem* equidem ſententiam, quâ Cælum, Terra, Aquæ, *ſimpliciter univerſa eſſentia ſua ratione ex nihilo creata* ſtatuuntur, ipſe probat, dum *veriorem hanc ſententiam ſe credere* profitetur. At ſanè, (quorum unum aliquod ad oppoſitio- 12.
nem, & ab altera ſententia diſtinctionem videbatur neceſſarium,) non exiſtimat Cælum cum ſuis Luminaribus, Terram, Aquas, momento uno eſſe condita, quippe aliquod dierum ſpatium jam antè tribuit Creationi ex ipſamet hiſtoria Creationis; eſtque ſecundo demum die factum Cæli expanſum, ac quarto ipſa Cæli Luminaria: neque credit moram in Creatione aliquam ex eo concipiendam, quod divina vis remiſſa ſit, Creationem enim ſtatuit divinæ omnipotentiæ actionem: nec ullâ ratione mora poteſt concipi ob reſiſtentiam ſubjecti, ſi quidem ex ſimpliciter nihilo creatio credatur fieri: omnino ergo, ut mora aliqua in Creatione queat concipi, non *ex ſimpliciter nihilo*, ſed ita *ex nihilo*, ut *ex nihilo* tantundem ſit atque *ex nulla materia* tantùm; nimirum *ex Deo* creatio facta ſtatuenda eſt: ut adeò non potuerit ſine mora Deus quippiam ex ſemetipſo ob paſſionem propriã, producere: Ac in eo ergo oppoſitionis ratio ponen- 13.
da erit ex illius mente, quod, (cùm id extra omnem controverſiam conſtituere videatur omnia *ex Deo* eſſe facta, ſeu omnia ex ipſa Dei ſubſtantia creata eſſe,) ab aliis *immediatè* nullâ priùs conditâ materiâ primâ; ab aliis verò *mediatè*, creatâ nempe priùs ex Deo primâ aliquâ materiâ, ex qua deinceps reliqua, Creationem corporum inſtituiſſe Deus cenſeatur: licet utrobique eadem, ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

quandam Dei paſsionem, Creationi tribuatur mora. Cùm prioribus ſentire mavult noſter Autor: At interim alterutram ſententiam ſi plures alii Theologi cum noſtro defendant, haud magis certè quam & ille (ſi quidem ejus mentem capio) Orthodoxi ſunt dicendi. Quicunque verò non inclinant in ſententiam alterutram, quas ipſe Orthodoxis omnibus, in duo velut agmina
14. diſtinctis, tribuit, ii ſemetipſos noverint diſcernere. De illa autem *corporum omnium cæleſtium & terreſtrium materia*, quam *unam* vocat, plura, præter illa, quæ Theatr. Nat. Univ. part. 1. diſp. 4. q. 2. § 10. & ſequentibus expoſui, hîc non adjungam: inferiùs ad Med. 20. de ea pleniùs dicendi dabitur occaſio. Noſter ipſe videat interea, quâ veritate queat perſuadere, *unam* ſtatui *materiam* ab iis Orthodoxis omnibus, qui materiam quandam corporum in principio creatam aſſerunt: duplex ſaltem à Danæo in Phyſ. Chriſt. part. 1. cap. 22. fuit agnita, *cœleſtis* & *terreſtris*. Sed hæc minoris ſunt momenti, quàm ut nobis moram longiorem
15. debeant injicere. Unum impræſentiarum addam: Perpendat ſedulò Theologus, quâ ratione ſibi ipſemet conſentiat, cùm cælum hîc *ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ſuæ ratione ex nihilo*, nempe *immediatè*, creatum ſtatuit; at diſp. 4. Loc. de Creat. th. 18. dicit *factam eſſe novam Lucis primævæ diſtributionem in corpora Luminarium*, (quæ *Cæli* partes ſunt,) *novè creata*; adeòque Luminaria illic ſtatuit non eſſe immediate ex nihilo creata, ſaltèm quoad formalem ſui rationem, quâ Luminaria ſunt & appellantur, nec adeò ſecundùm uuiverſam eſſentiæ ſuæ rationem.

MEDITATIO XIX.

Ex Patribus nobiscum ſentiunt Tertullianus contra Hermogenem, cap. 19. & 25. & 26. Athanaſius de Incarnatione, edit: Commelini pag. 39. Lactantius Inſtit. lib. 2. cap. 9. Theodoretus in Geneſin. quæſt. 11. Damnaſcenus Orthod. fid. lib. 2. cap. 5. & Baſilius magnus Hexaëmer. homil. 2.

COMMENTARIUS.

1. Interea, dum deliteſcit anguis in herba, ſententiam quâ *Cælum, Terrã, Aquas, ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ratione* cenſet *creata eſſe ex nihilo, hoc eſt,* (ut limitatione reſtringit, ne quis nimis latè accipiat illud *ex nihilo*) *ex nulla materia*, autoritate Patrum quorundam

rundam laborat confirmare. Sed ne quibuſdam unà ſecum quid abſurdi ac periculoſi faciat commune, ac ſub Autoritate quadam ficta atque ementita pios etiam ſeducat animos, cavendum ac invigilandum eſt fidelibus Eccleſiæ Paſtoribus, & quibus ea cura ſpeciatim eſt à Deo demandata. Nos id quod noſtri eſt officii, quà orthodoxi ſumus Chriſtiani, ſedulò præſtabimus. *Ex patribus* au- 2.
tem facere ac *ſentire ſecum* aït Tertullianum contra Hermogenem, cap. 19. & 25. & 26. Sed profectò toto cælo longiùs à noſtro Tertullianus ſenſu diſtat. Is enim impiam Hermogenis ſententiam, (quâ Deo ſtatuit materiam neceſſitate ſuâ coæternam, ex ſe ipſa exiſtentem,) reſpiciens, hanc jure meritóque negat: in quo conſentientes ſibi habet omnes Orthodoxos. Hinc cap. 19. 3.
eos refutat, qui *& ipſum* PRINCIPIUM, *in quo Deus fecit cælum & terram, aliquid volunt fuiſſe quaſi ſubſtantivum & corpulentum, quod in materiam interpretari poſſet.* Ac interim ibidem docet, vocabulum principii ad ordinationem operum pertinere; acſi figulus ante cætera primùm pelvim, & unam faciat, *exinde* facturus & reliqua. Quòd autem non admittat Terram, quæ ina- 4.
nis & informis dicitur, veluti materiam ex qua ſit alia materia condita, cap. 25. id denuò Hermogeni opponitur: Is namque ut cap. 23. expoſuerat, *quia ſcriptum ſit, Terra autem erat inviſibilis & incompoſita,* TERRÆ *quidem nomen redigit in materiam,* (nimirum illam Deo coæternam, quam ſtatuit;) *Et* ERAT, *in hoc dirigit, quaſi quæ ſemper retro fuerit innata & infecta.* Non 5.
autem eam Tertulliano mentem eſſe, quaſi quicquid factum eſt à Deo, illud immediatè *ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ratione creatum ſit ex nihilo, hoc eſt, ex nulla materia,* ut habet noſter Theologus, omnino luce meridianâ magis clarum eſt, ex cap. 22. ubi, dum in Hiſtoria Creationis alia ex aliis facta teſtatur, ſecundùm ipſum S. Scripturæ ſenſū, ea certè quæ facta ſunt, ex quibus præter Deum facta ſint, refert: quod idem agit cap. 26. ubi tandem unicè id urget, Terram illam, quæ inviſibilis & rudis dicitur, non eſſe aliam intelligendam, quàm quæ dicebatur in principio creata. Adeóque hanc *materiam* quidem *primam* eſſe, ſed ab ipſo Deo 6.
conditam, non Deo coæternā. (*Cujus ordinem,* ut inquit in princip. Capitis, *incipiens Scriptura decurrere, primò factam eſſe edicit, dehinc qualitatem ipſius ediſſerit:* quòd nempe fuerit rudis & infor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

mis. At interim, dum ſenſu jam expoſito unà nobiſcum omnem materiam Creationis præexiſtentem Tertullianus negat, utique contra Theologum noſtrum omnia *ſic ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ſuæ ratione creata eſſe ex nihilo* contendit, ut omnino minimè *effecta* dici debeant *ex Deo*, velut ex ſubjecto. Hinc cap. 18. *Si neceſſaria eſt*, inquit, *Deo materia* (æterna aliqua & ingenita,) *ad opera Mundi, ut Hermogenes exiſtimavit, habuit Deus materiam longè digniorem: Sophiam ſuam ſcilicet*, &c. *Ex hac fecit*, inquit, *faciendo* PER *illam, & faciendo* CUM *illa*, &c. non velut Noſter urget, tanquam E SUBIECTO, ut jam ex multis ejus dictis atq; ratioci-
7. nationibus eſt manifeſtum. Quibus hoc adjungimus, Si non alio ſenſu videri fortè velit ſtatuere *ex Deo* Dei opera eſſe facta, quàm quo id ſtatuit Tertullianus, quo modo illa pugnant, quæ invicem opponit, ſc. *Deum per Sapientiam ſuam omnia ex nihilo feciſſe*, ac interim in principio, dum ordinem in operibus ſuis institueret, *rudem atque informen aliquam materiam* creâſſe, quæ deinde ſit
8. in varia corpora digeſta? Sed videamus reliquos, quos velut ſuæ ſententiæ Patronos memorat Theologus. *Athanaſius de Incarn. edit. Commelin. pag.* 39. ad ſenſum text: græci, ita habet: *Haud enim ſponte propriâ, nec ſit providentiâ deſtituta; neque ex præſubjecta materia, ne Deus ſit impotens; ſed ex non entibus ac prorſus nullo modo exiſtentem Univerſitatem rerum ad eſſe deduxiſſe Deum per ipſum verbum, agnoſcit* (fides & divina inſtitutio,) *quum loquitur per Moſem: In principio creavit Deus cælum & terram. Ex utiliſſimo Paſtoris libro primum omnium crede, Deum unum eſſe*, ὁ τὰ πάντα κτίσας, καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, *qui omnia creavit, ac concinnè coagmentavit*, ſeu *perfecit*, *& ex*
9. *non ente ad eſſe efficiendo deduxit*. Quid, quæſo, hîc notari poteſt. quod non idem ſentiant & ii, qui materiam quandam primam, à Deo in principio ex nihilo creatam, ordine ac ſucceſſione naturæ rerum convenienti in concinnam Univerſi machinam redactam eſſe ſtatuunt? ut ita verè Deus, & *creâſſe* & *coagmentâſſe* ſive *perfeciſſe* atque *abſolviſſe* opus jure meritóque ſit dicendus. Hîc ergo Athanaſius perinde ac Tertullianus reſpicit Hermogenem ac ejus Sectatores, quos certè Orthodoxi omnes, qui ſententiam eorum norunt, hæreſeos damnatos ſciunt, & impietatis conditores profitentur. Immeritò ergo hic Theologus ſe aliis opponit,

optim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

optimè cum Athanaſio conſentientibus; vel contra bonam fidem Athanaſium in ſequiorem aliquam ſententiam traducit. Nec ve- 10.
rò meliori ratione agit cum Lactantio: Qui lib. 2. Inſtit. cap. 9. *Nemo quærat*, inquit, *ex quibus iſta materiis tam magna tam mirifica opera Deus fecerit? Omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi ſunt Poëtæ, qui ajunt chaos in principio* FVISSE (velut Hermogenes *Terra* ERAT intelligit ac ſi *fuiſſet* ingenita ac nunquam facta,) *id eſt, confuſionem rerum atque elementorum*, &c. *Quibus*, inquit, *facilè eſt reſpondere, poteſtatem Dei non intelligentibus, quem credunt nihil efficere poſſe, niſi ex materia ſubjacente ac parata, in quo errore etiam Philoſophi fuerunt: Nam Cicero de Nat. Deor. diſputans, ſic aït: Primum igitur non eſt probabile, eam materiam rerum unde orta ſunt omnia, eſſe divinâ providentiâ effectam; ſed habere & habuiſſe vim & naturam ſuam. Ut igitur faber, cùm quid ædificaturus eſt, non ipſe facit materiam, ſed eâ utitur quæ ſit parata, fictorque item cerâ; ſic iſti providentiæ divinæ materiam præſto eſſe oportuit, non quam ipſa faceret, ſed quam haberet paratam.* Haudquaquam igitur hîc Lactantius reclamat iis 11.
Orthodoxis, qui rudem ac informen terræ & aquarum abyſſum, ex nihilo ab ipſo Deo conditam pronunciant, ac inde in condendis porrò ac perficiendis rebus naturalem quendam ordinem exponunt; ſed contra impium id genus hominum inſurgit, quod Deum ex ſimpliciter & abſolutè nihilo feciſſe atq; perfeciſſe opus ſuum negat, ac adeò vel primam etiam informem ac indiſpoſitam materiam à Deo eſſe conditam inficiatur. Jam demus 12.
igitur, ſi ita viſum fuerint Theologo noſtro, Lactantium cum noſtro Doctore conſentire, ac ſuffragio collato pro eodem (ut perſuaſum Noſter habet, vel laborat perſuadere aliis,) parti adverſanti contradicere. At ab utraque parte, utut diſſentire ſtatuantur, præſupponitur *Creatio ex nihilo*, (vel teſte ipſo noſtro Theologo in principio Med. 18.) quippe circa hanc movetur quæſtio quo modo fieri ſit credenda? Qui ergo *Chaos* aliquod *æternum* conſtituêre, (quos ſc. Lactantius perſtringit,) iidem nihilominùs *Creationem ex nihilo* ſuppoſuiſſe, ex Doctoris noſtri calculo cenſendi ſunt. Nimirum, fortè illud atomorum chaos 13.
non *pro aliquo* habetur noſtro Theologo; & velut de materia ſua prima dicit Ariſt. 7. Metaph. text. 7. *neque quid eſſe, neque quan-*

tum,

tum, neque aliquid eorum quibus ens determinatur;ita fortè chaos
illud ſempiternum concipitur ,ut adeò reverà *nihil* eſſe ſtatuatur:
ſed addit Ariſtoteles , materiam ſuam primam *nec negationes* eſſe
entium. Ac ita Auguſtinus lib. 12. Confeſſ.cap. 3. & 6 *Materia*,
inquit, (ſive ſit vel *Chaos* aliquod æternum,) *non eſt calor, non fri-*
gus, non corpus, non ſpiritus; non tamen omnino NIHIL. Quòd
ſi ergo inter eos ſit diſſidium hoc qualecunque , qui *ex nihilo*
Creationem præſupponunt, utique non facit pro Theologo La-
ctantius, nec adverſæ hujus parti adverſatur, cùm unicè materiam
14. ingenitam convellit. Sed cùm illos etiam, qui hîc à noſtro Theo-
logo diſſentiunt. ipſe inter Orthodoxos tamen antea retulerit,
Med.18. certè ut cum eo ſentiat Lactantius, Tertullianus, Athana-
ſius, omnino Orthodoxi quoque ſunt habendi omnes qui ſempi-
ternum tale Chaos, ſeu materiam non ortam tradiderunt. Bone
Deus; quò non cum hoc Theologo tandem, niſi cautiores ſimus,
devolvemur? Certè æquè illi orthodoxi ſunt Theologi, quos pul-
chrè Lactantius perſtringit, ac Noſter bonâ fide Orthodoxis aliis
Lactantium opponit. *Theodoretum* porrò audiamus *in Geneſin*
15. *quæſt.* 11. Is quidem duplex cælum ibi ſtatuens, alterum ante Lu-
cem, alterũ poſt Lucem conditam, *illud non ex al qua alia materia*,
hoc autem ex aquis creatum eſſe ſentit. Quod ſi faciat pro noſtro
Theologo , (nihil autem inſuper citato loco reperire eſt quod
quæſtionem tangat,) haud equidem cum eo litigabimus; utpote
qui ſuâ ſponte jam ad cæteros Orthodoxos multò propiùs acce-
dit; ac ſaltem tandem *non ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ratione crea-*
tum ex nihilo , hoc eſt, ut ipſe exponit , *ex nulla materia* , fatetur.
(Cum Theodoreti autem dicto conferantur ea quæ à nobis ſunt
16. expoſita in Hexaëm. ad Oper. ſecundi diei.) Quod porrò *Damaſ-*
cenum attinet *de Orthod. fid. lib. 2. cap.* 5. ejus verba hæc ſunt:
Ipſe Deus noſter, qui in Trinitate & Unitate glorificatur, fecit Cœ-
lum & Terram, & omnia quæ in iis ſunt, ex nihilo ad eſſe deducens.
Univerſa hæc quidem, Cælum , terram , aërem, ignem, aquam, non
ex ſubjecta materia: Alia autem ex iis , quæ ab ipſo facta fuerunt,
puta animalia, plantas, ſemina. Hæc enim ex terra, aqua, aëreque &
igni, Conditoris præcepto exorta ſunt. Optimè conſentit hiſce ver-
bis Damaſcenus cum reliquis Orthodoxis, à quibus diſſentire ge-
17. ſtit, ex ſola contradicendi aliqua prurigine, Theologus: Quippe
omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

omnes Orthodoxi omnia ex nihilo à Deo condita contendimus, non ex præſubjecta aliqua materia, ut nec ex ipſa quidē Dei ſubſtantia. Simplicia autem corpora pro primis habet Damaſcenus, quia nihil iis prius ſenſus noſtros afficit, aut diſtinctè ab humana ratione poteſt concipi, vel verbis aptè declarari. Hinc Plato quoque reliquorum corporum materiam expoſiturus in Timæo, protinus de ipſis elementis verba facit: non quod nulla iis prior aliqua materia fuerit à Deo condita; ſed *quod ſuperiora iiſdem principia Deo nota ſint: Inviſibilis enim & informis ſinus, omnium capax, qui modo quodam ambiguo & vix explicabili divinæ naturæ eſt particeps,* (hoc eſt, exiſtentiam humanæ rationi abſtruſam habet,) *ipſe comprehendi per ſe nullo modo poteſt*: Unde & *difficilis & obſcura ſpecies* vocatur. Modo ergo Philoſophis, ac 18.
paſſim omnibus, uſitato loquitur Damaſcenus: nihil enim eſt vulgatius, ac loquendi uſu familiarius, (haud interim pro exquiſita ἀκριβείᾳ,) quàm ex elementis primùm reliqua oriri ac conſtare corpora: Certè, velut Ariſt. aït lib. 2. Metaph. cap. 3. *Auſcultationes*, ſeu loquendi modi, *ſecundùm conſuetudines accidunt. Ut enim conſuevimus, ita judicamus dici debere.* Nec inſuper ad in- 19.
ſtitutum Damaſceni quippiam requirebatur, quàm omnia ex nihilo eſſe facta, inculcare: ad quod reverà ſatis erat, ſi doceret corpora etiam ſimpliciſſima, (ultra quæ ſimpliora corpora aut aliud quid ſimplicius, quod dictu ſatis clarè queat explicari, hominis ratio non ſatis expeditè capit,) ex præſubjecta aliqua materia, & quaſi Dei manibus ab æterno ſuppeditata, minimè eſſe condita. Atque illud inſtitutum Damaſceni vel ex eo ſatis liquet, quod *Cœlum* ipſum quoque inter corpora ſimplicia recenſeat, ex opinione vulgi Philoſophorum; qui omnes, quo pacto ſint ab Ariſtotele decepti, dum eſt reverà ex corporibus ſimplicioribus conflatum Cælum, ſatis luculenter expoſuimus Diſcurſ. de Opif. Mund. diſp. 10. q. 2. & 3. Sed & ex eo idem 20.
manifeſtum eſt, quòd dicat *animalia, plantas, & ſemina, ex terra, aqua, aëreque & igni, conditoris præcepto exorta eſſe*: Certè totidem verbis id nullibi Scriptura ſ. habet, quæ ſanè ne obſcurè quidem illud innuit: quippe quæ non niſi *terræ* & *aquarū* in productione corporum viventium facit mentionem. Hoc ergo unicè ſpectat Damaſcenus, in quo omnes Orthodoxi unanimiter conſentiunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Deum etiam primæ cujuſcunque materiæ, quæ utcunque tandem cogitari queat, conditorem eſſe; adeóque omnia *ſimpliciter*, licet non ſecundùm univerſæ eſſentiæ ſuæ rationem *ſimul* vel *imme-*
21. *diatè*, à ſolo unicoque Deo eſſe ex nihilo creata. Sed interim, quod ſi cum Damaſceno noſter ſentiat, cur ignis nullam fecit mentionem, ſecus atque Damaſcenus? cur nullam item aëris? aut ſi per Lucem, primo die factam, fortè ignem intelligit, quam in aſtra novè condita diſtributam tradit diſp. 4. Loc. de Creat. th. 18. an uno eodemque modo *cælum*, ſeu *cæleſtia corpora omnia*, ſimpliciter univerſæ eſſentiæ ſuæ ratione ex nihilo creata ſtatuenda ſunt,
22. quo ignis, terra, & fortaſſis aër, atque aqua? Certè ſua dogmata vel ipſe noſter Theologicus Profeſſor procul dubio non intelligit; non niſi Simiæ vel Pſittaci in modum geſticulationes atque verba quorundam imitatus: quorum certè genuinum ſenſum atque indolem dictorum ipſe haud feliciùs expreſsit, quàm vivum hominem pictura repræſentat. Sed, illud addam, ex quo tandem loco ſ. Scripturæ eruet, præter terram, & aquas fortè, etiam *Cœlum* (viſibile ſeu naturale,) protinus immediatè eſſe conditum, (ſi quidem per *Cœlum* quod in principio cum Terra dicitur creatum, ipſe *Cælum tertium* cum ſuis habitatoribus intelligit, diſp. 3. th. 1. & 6.) niſi fortè nomine *Cœli* unicum *Expanſum* indicet: quem utique illius ſenſum quomodo ex ejus verbis debeam colligere non video, cùm *Cœli* nomine, ita abſolutè poſito, cùm de corporibus naturalibus eſt ſermo, omne cælum aſpectabile ex recepta denotandi ratione atque uſu intelligatur; quem vocabuli ſui ſenſum ipſe ſatis manifeſtè innuit, quando in oppoſita ſenten-
23. tia mox *omnia corpora cæleſtia* declarat. Et quâ autoritate ſ. Paginæ evincet, Expanſum ipſum non fortaſſe ex aquarum parte ſubtiliſſima ac limpidiſſima fuiſſe genitum? vel Lucis fortè, (quæ non fuit ſanè primo die mera qualitas, ſubjecto omni carens,) eſſe aliquam propaginẽ, divino juſſu ortam? Unicus tandem, qui cum noſtro Theologo ſentire videatur, ſupereſt *Baſilius magnus Hexaëmer. homil.* 2. Sed vereor ut Noſter ſat baſilicè vel candidè cum magno Viro agat, dum faventem ſuæ cauſæ hunc patronum, reliquis verò Orthodoxis repugnantem, fingit. Audiamus ipſum-
24. met Baſilium. *Sed veritatis depravatores* (inquit, poſt propriam ad verba Scripturæ, *Terra autem inviſibilis erat & incondita*, in-
terpre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

terpretationem,) *non ſuam Scripturæ mentem accommodantes*,&c. MATERIAM *hiſce verbis innui dicunt. Hæc enim & inviſibilis, inquiunt, & incondita ſuapte naturâ*, &c. Sic ergo rejicit eos, qui nomine Terræ Gen. I. v. I. *Materiam* divinæ operationi præſubjectam intelligunt. At interim haudquaquam hîc intendit, 25.
quod intendit Noſter, ſcilicet Cælum, Terram, Aquas, protinus immediatè ſecundùm integram eſſentiam ſuam extitiſſe, multóque minùs *ex Deo* eadem facta contendit; ſed ſolummodò non ex materia aliqua æterna viſibiles Mundi creaturas eſſe conditas, contra Materiarios urget. Unde addit, *Si ergo hæc ingenita eſt, nec ulla prorſus ejus extat origo, primò quidem honores ei, tanquam Deo æquali, tribuendi ſunt iidem, qui Deo tribui ſolent.* Quid dici 26.
potuit clarius, quo mens illius innoteſcat longè alia, quàm eam ſimulat noſter Concertator, ut ſub autoritate magni Viri ficta fraus illius contra Orthodoxos deliteſcat. Nempe neutiquam hoc à Baſilio intenditur, non eſſe aliquid à Creatore Deo conditum, quod reſpectu cæterorum materiæ haberet rationẽ; ſed illud tantùm urget, *Materiam non ingenitam eſſe*, ſed omnẽ, quamcunque tandem ratio humana concipit, quocunque exiſtendi modo, ab ipſo Conditore Deo eſſe ortam. Quæ mens Baſilii ut pleniùs 27.
intelligatur, ne ipſam quidem terram illico in ortu ſui ea facultate ac naturâ, quam poſtea volente Deo eſt ſortita, præditam fuiſſe cenſuit Baſilius: ſed cit. loc. quærens, *Quid ſit, quod dicitur incondita fuiſſe terra? cur imperfecta, atque inculta?* Inter cætera, *Eſt*, inquit, *compoſitio telluris exacta atque perfecta fertilitas ea quæ ab ipſa exoritur*, &c. *Eadem de Cælo quoque dixerimus*, inquit, (licet aliter ſentiat noſter Theologus,) *Et ipſum enim nondum expolitum erat, neque dum ſuum proprium obtinebat ornamentum.* Ac idem ſanè de Aquarum perfecta conſtitutione dici poteſt, quod dixerat Baſilius de conſtitutione Terræ. Utut ergo 28.
Terræ & Aquarum rudimenta facta ſint à Deo primitus, non ex materia aliqua ingenita; perfecta tamen terræ atque aquis natura nondum fuit indita à Deo, quamdiu nondum erant quaſi vegetabili virtute aliquâ perfuſæ, ac velut imprægnatæ à divina vi ad parturiendum: hoc quippe illa productio ex terra & aquis plantarum & animantium prævium omnino habuit *opus divinæ omnipotentiæ, quòd terræ Deus indiderit vim plaſticam*, ut Theologus

29. noſter loquitur diſp.4.Loc.de Creat.th.14.Eâ verò nondum in-
ditâ, vel terra ad recipiendam eam nondum aptâ exiſtente, (in
hoc enim ſecundaria Dei creatio eluceſſit, quod ex inhabili ma-
teria producat Deus cætera,) licet *terræ* quidem nomine appella-
ta fuerit,quòd *obſcura* eſſet *ſpecies*,nullo nomine propriò ac peni-
tus convenienti explicabilis,(quâ ratione & indifferenter *aqua* &
abyſſus appellatur Gen.1.v.2.) actu tamen terra atque aqua non-
dum fuit, ſed potentiam à Deo nacta eſt, quâ hæc ipſa elementa
30. fieret. Fuit ergo reverà in initio à Deo conditum confuſum ac
informe, ſeu imperfectum & inconditum, ut loquitur Baſilius,
tum terræ tum aquarum chaos; ac velut atomorum, hoc eſt mi-
nimorum naturalium (nullo tamen vacuo interpoſito vel cohæ-
rentium ac immobilium, vel certè per ipſum expanſi rudimen-
tum ſeu materiam, jam ſimul inſtar abyſſi conſtitutam,quæ de-
inde vi lucis ſe inſinuantis ſit diducta ac diffuſa,diſperſarū ac im-
mobiliter hærentium,) abyſſus, quæ demum inditis à Deo fa-
cultatibus ad motum ordinata eſt. (De materiæ hujus primæ
conſtitutione confer. Theatr. Nat. Univ. part. 1. diſp. 4. q 2.§
31. 18.19.20.) Hanc verò Baſilii mentem, prout eam manifeſtam
dedimus, rectiùs agnovit Danæus, qui Phyſ. Chriſt. part. 1. cap.
21. inter eos, qui velut rudem totius futuri operis materiam pri-
mam à Deo creatam eſſe volunt, ipſum etiam Baſilium recenſet.
32. Atque ita jam ex multis notum eſt, quo candore Theologico
prædictos Patres in ſuum ſenſum traxerit,& Orthodoxis aliis op-
poſuerit Theologus hic noſter: qui certè eo nomine vel maximè
culpandus eſt, quòd Orthodoxos plurimos injuriâ hac graviſſi-
mâ afficiat, quâ inter Materiarios Hermogenianos ab eodem nu-
merantur, quibus ſolis nimis impiis mortalibus, citati Patres o-
mnes non ſine validiſſima ratione refragati ſunt. At ſi in talium
Sectariorum gregem jure aliquos tranſcribat fortè Theologicus
Profeſſor, dum interim eoſdem *Orthodoxos* vocat, ipſe ſanè ni-
mis fuerit impius.Sed num fortaſſe tandem cauſæ aliquid vel rati-
onis dari poteſt,cur omnino nulla operis futuri rudis quædam ac
informis materia,vel à Deo priùs condita,admitti poſſe videatur?
Sic noſter quidem Myſta opinatur: Hunc ergo audiamus.

MEDI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

MEDITATIO XX.

Secus ſentientes videtur in errorem induxiſſe Apocryphus ſcriptor libri ſapientiæ, qui nominavit ὕλην ἄμορφον, Materiam informem, hauſtâ opinione ſuâ ex Poëtarum & Philoſophorum figmentis, quod illi Chaos nominarunt.

COMMENTARIUS.

Secus ſentientes videtur in errorem induxiſſe Apocryphus Scriptor libri Sapientiæ, qui nominavit ὕλην ἄμορφον, Materiam informem, hauſtâ opinione ſuâ ex Poëtarum & Philoſophorum figmentis, quod illi Chaos nominârunt. An verum ſit quod dicit ipſe dubitat: quis ergo fidem illi adhibebit? *Videtur* inquit; Cui ſi *videtur* opponamus; incerta etiamnum cauſa eſt, adeòque nulla reddita à noſtro Doctore. Quid ergo tandem urget ulterius? Hoc nempe, ut quod ipſi eſt opinio; in aliorum animis, dum modò ipſe aſſerit, ſit fides vel ſcientia. Nempe θεόπνευστος veritas per ipſum quidem promulgatur; quamvis non ubique animum illius imbuat, relictâ ſæpe dubiâ opinione. VIDETUR ergo *Apocryphus Scriptor* erroris plurimorum cauſa eſſe, *qui nominavit ὕλην ἄμορφον, Materiam informem.* Sed quænam hæc eſt ratiocinatio? Scriptor eſt Apocryphus, ergo nihil veri habet. Idem de noſtro Theologo eodem jure dici poſſet, quotieſcunque contingit eum *extra Scripturam* θεολογίζεσθαι, hoc eſt, quotieſcunq; evidentibus ac manifeſtis Scripturæ teſtimoniis ea quæ dicit non confirmat. Certè plurima Scriptor ille Apocryphus indubitata ac verè divina habet, quæ ſi ideo rejiciantur, quòd fuerint ab Apocrypho Scriptore dicta vel poſita, magna profectò pars Religionis orthodoxæ evertetur, ac ipſa quoque Dei exiſtentia negabitur. Sed alia hic fortè quædam ratio ſubeſt: *Hauſit* nempe *hanc opinionem ſuam* de informi materia, *ex Poëtarum & Philoſophorum figmentis.* Sed unde ergo hauſerunt eandem tot pii Patres, iique plurimi, (ſi fortaſſe non ad unum omnes,) tot alii Viri extra omne dubium Orthodoxi? Nimiùm profectò propriæ opinioni tribuis vel ſuſpicioni, ſagaciſſime D. Doctor. Certè quod in cogitationem tibi incidit, haud debes illico ut quid divinitus inſpiratum ita tibi perſuadere, ut inde etiam damnare

ſæpius non verearis pias conſcientias. Si de te ipſo forſan ac religione tua ſequius quid prodas manifeſtè, fidem equidem de tuo animo facillimè mereberis; at ſi quid ſequius de aliis affirmes, non niſi ex opinione, haud magis tibi adhibenda fides eſt, quàm & Sileno illi apud Midam regem, aſſeveranti de alio orbe creden-
4. dum eſt, autore Theopompo. Fabuloſus fuerit alicubi Scriptor libri Sapientiæ, non tamen inde inferendum illico, ubivis fabulas aut figmenta prædicare, niſi ubi certò idem demonſtretur. Sed quid ſi inter *rudera Traditionis Patriarchalis, ſeu ſcriptæ ſeu non ſcriptæ, quæ veram Creationis hiſtoriam ſapere* dicebas antè, informis illa materia etiam referri debeat? An verò habes ipſe quicquam, quo illud aliter habere doceas? Certè non eſt ita facile detrahenda fides antiquiſſimis Philoſophis in ſua arte, qui, ut ad Univerſi incunabula accedunt propiùs, ita vivâ ſeu non ſcriptâ inſtitutione plura à Majoribus ac Patriarchis acceperunt, eaque magis integra & incorrupta, quàm ea quæ poſteritas confinxit; ſed ſi quid fortè habeat Antiquitas in maximis myſteriis, quod non uſque adeò humanæ rationi fuerit exploratum, id non niſi vel urgente ſacrâ paginâ, vel reclamante forſan ratione ſolidâ,
5. eliminandum eſt. Verè enim magnam partem illa nobiliſſimæ Antiquitatis Sapientia θεόδοτος καὶ θεοπαράδοτος meretur appellari: Quam fortè pro affectu proprio, & inani ſæpe aliquâ libidine contradicendi, quidam partibus nonnullis defædarunt; Attamen prima illa corporum materia manſit apud omnes incorrupta. Ut adeò *non ſolùm ſanctioribus libris, ſed etiam Parmenidis, Meliſſi, Platonis, Anaxagoræ, Leucippi, Democriti, Heſiodi, Baſilii, Hieronymi, Poëtarum denique omnium autoritate, materia* illa ἄμορφος *informis confirmata* dicatur à Bodino Theatr. Nat. lib. 1. p. 89. *quam illi ab antiquiſſimis Parentibus qui à progenie divina*
6. *propiùs aberant, mordicus tenuerint.* Auguſtinus quoque (licet aliquando hæſitaverit immeritò, ob locum perperam intellectum in libro Apocrypho, qui inſcribitur Eccleſiaſticus,) certè lib. 3. de Trinit. cap. 5. & 6. *Communem quandam materiam in cauſis mundialibus conſiſtere* teſtatur: Ac lib. 3. de gen. ad lit. cap. 14. item lib. 2. cap. 15. & lib. 1. cap. 14. 15. ſimiliter lib. 5. cap. 5. *Præſeminatam eſſe*, aït, *etiam materiam in rebus ipſis eorum quæ ex iis naſcuntur & oriuntur.* Quippe ut idem aït lib. 1. de Geneſ. contra Manichæos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

chæos cap. 7. *Dicitur materia iſta Cælum & Terra* (vel *Terra* ſaltem) *non quia jam hoc erat, ſed quia hoc eſſe poterat*, hoc eſt, erat in potentia remota ſaltem, ac à Deo ordinata erat ut proximè in terramatque aquas verteretur. Quamvis autem pauci quidam ex 7.
Antiquis veram de materiæ alicujus primæ exiſtentia ſententiam figmento quodã ſui cerebri ſuperaddito corruperint, ingenitam ac ſempiternam eandem aſſerentes; haud tamen fas eſt omnibus antiquis Sapientibus eandem maculam aſpergere. Plato certè, cui imprimis Chaos aliquod æternum affingitur, ab hac impietate prorſus alienus fuit, ut clarè eſt à nobis demonſtratum Diſcurſ. de Mund. Opif. diſp. 12. q. 1. § 7. 8. 9. 10. 11. 12. collat. cum diſp. 3. q. 1. à § 5. uſque ad finem: quibus locis ſequiùs de eo ſentientium errorem ſolidiſsimè refutavimus. Unum addam ex Marſ. Fic. Compend. in Timæum cap. 9. *Ab uno bonoque ſuper omnem eſſentiam* 8.
eminente Plato in Parmenide & Sophiſta omnes entium deducit gradus: tum eorum quæ verè ſunt, id eſt, formarum ſeparatarum; tum eorum, quæ non verè ſunt (ſeu propriâ ſubſiſtentiâ carent,) *id eſt, formarum materiæ inhærentium; tum infimum materiæ gradum. Qui uſque adeò non verè eſt, ut proximus ei ſit, quod fingitur jam verè non eſſe. Hanc utique materiam in Parmenide ab ipſo bono in ultimo rerum gradu deductam, accepit in Timæo, quaſi jam genitam: & architecto Mundi ad effectum mundani operis ſubditam. Sed nunquid Deus Mundi autor, idem & materiæ eſt effector? Reſpondebit hìc Ammonii & Origenis Schola, eundem eſſe. Et in Parmenide quidem tractari, quemadmodum materia eſſe à Deo accipit; in Timæo verò, quâ ratione ab eodem accipit bene eſſe, priùs autem quodammodo eſſe quàm bene eſſe excogitari.* Atq; ita Platoni, Triſmegiſto, Ægyptiis, Chaldæis, Pythagorę, Deus *ipſum Unũ* appellatur, quod idem ſit *ipſum bonum*: unitate ſimpliciſſimum principium, bonitate optimum, unum eundemque ſummum Deum ſtatuunt, quem *omnium regem* vocant, *circa quem omnia, cujus gratia omnia*, qui *ipſe omnium cauſa*: ut intelligamus Unum illum ſimpliciter omnium eſſe effectorem, & exemplar, & finem: qui ipſe non ſit ens ſed eſſentia, ſupra omne ens, omnem eſſentiam, omnem intellectum.
Cùm autem ex cit. paulo antè noſtris locis ſit meridianâ luce clarius, non ad materiam Platonis primam, ſed ad elementa ex eadem orta, referendum eſſe illud Poëtæ, (*Frigida pugnabant cali-* 9.

dis,

dis, humentia ſiccis; Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus,) utique *abſurdum & è Phantaſtarum ſentinis hauſtum figmentum* dici non debet, *quod Chaos vocari ſolet*, ut Coroll. 5. ad Diſp. 2. Loc. de Creatione ſuſtinuit pro opinione ſua effutire Theologo-Poëtaſter; ſed ex inſano ac phantaſtico cerebro profeſtum eſt, quod cit. loc. Chaos ipſum ab elementis jam formatis non rectiùs quàm ipſe Naſo potuerit diſtinguere. Certè abſurda, inanis, ac verè rationis formâ carens, argutatio ibidem eſt expoſita contra materiam primam Platonis, & Philoſophorum Platone vetuſtiorum, quam omni pondere judicii deſtitutam ſuâ levitate maluimus evaneſcere, quàm prolixiori ratione premere.

10. Dum verò id quod chaos appellari conſuevit, Poëtarum ac Philoſophorum figmentis à Theologo noſtro, ex proprio ejuſdem præjudicio, accenſetur, meliori ratione dicã cum Danæo, ex Phyſ. Chriſt. part. 1. c. 21. *Certè probabilior mihi videri ſolet* PIORUM *interpretatio & ſententia, qui Cœlum & Terram,* (quorũ Gen. 1. v. 1. mentio fit,) *ex nihilo quidem primùm à Deo creata eſſe volunt, ſed* (Terram quidem illic commemoratam,) *velut* RUDEM *totius operis & ornatus* MATERIAM, *ex qua Deus ſuâ vi & potentiâ eduxit reliqua. Quanquam enim Deus omnipotens nullâ egebat materiâ, neque ad Cœlum & Terram primùm creanda, neque ad reliquorum dierum opera producenda,* (*uti neque hominis ſemine opus habet, ſi velit ad homines hodie ſerendos;*) *tamen non* QUID QUANTUMQUE POTUERIT IN ISTIS QUÆSTIONIBUS QUÆRENDUM EST, *aït Auguſt. lib. 2. de Gen. ſed quid rerum natura patiatur, & quid voluerit, & nobis ipſe Verbo ſuo patefecerit. Nec caret hæc mea ſententia juſto ſuo firmamento, id eſt, vel autoritate hominum, vel etiam ratione. Autoritas eſt non hæc modò, quòd Philo Judæus, & paſſim Rabbini, & Hebræorum eruditiſſimi, ſic locum illum Moſis explicant; ſed etiam Auguſtinus ſæpe, veluti lib. 5. de Gen. ad lit. cap. 3. & 5. & lib. 1. cap. 5. Ambroſius etiam*

11. *in Hexaëmero, Chryſoſtomus, Baſilius, & alii.* Certè pluris omnino foret apud æquos Judices ſola Danæi Autoritas, quàm inconſtantis noſtri ac ipſo Tritone magis verſatilis Theologo-Philoſophaſtri. At ne ſuâ quidem autoritate ipſe Danæus acquieſcit, velut ſuâ opinione paſſim nimiùm ſibi indulgens noſter Theologus; ſed, ne juſto fundamento ipſius careat ſententia, graviſſi-

mas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

mas autoritates eruditiſſimorum maximorumque Virorum in
medium adducit. Quod verò rationes attinet, ne ſolis Autorita- 12.
tibus, quaſi proprio deſtitutus judicio, velle niti videatur: hanc
equidem primam mox ſubjungit: *Quòd iſta expoſitio optimè cum*
verbis & ſerie Moſis conveniat: deinde, quòd ipſa voce Principii &
ſignificatione ejus videatur planè confirmari. Principium enim, in-
quit, *comparatè ad alia dicitur. Itaque ut doceret, quomodo* (duo-
bus iis conſtitutis,) *reliqua poſtea facta eſſent, apertè præfatur Mo-*
ſes Cælum illud & illam Terram in principio, id eſt, ante omnia illa
Dei opera creata eſſe, & (Cælo quidem Cælorum cum ſuis habi-
tatoribus Angelis priùs, ut ipſe etiã noſter vult Theologus, ad Dei
gloriam condito, ut in condendis reliquis operibus adeſſent ſpe-
ctatores, qui Deo laudes canerent, Job. 38. verſ. 7. factam eſſe
Terram, itemque Lucem,) *ad reliquorum operum uſum, id eſt,*
unde ſequentia poſtea deſumpta, & tanquam prognata ſunt. Cujus
ſententiæ veſtigia, quanquam veritate manifeſtè interpolatâ (niſi
quibuſdam melior ſenſus, qui manifeſtiſsimè Platonis fuit, tribua-
tur,) *videntur extare tum apud Heſiodum in Theogonia, tum apud*
Ovidium notiſſimo illo loco Metam. 1. *Ante mare & terras.* &c.
Confer. ea quæ de Materia diximus Theatr. Nat. Univ. part. 1.
diſp. 3. q. 1. à § 3. uſque ad 9. *Hæc quoque ratio afferri poteſt*, ad- 13.
dit porrò Danæus, *quòd res ipſa, imprimis verò* TERRA, *ſic nobis*
deſcribitur, & appellatur à Moſe TOHU & BOHU, *ex quo apparet*
fuiſſe rudem quandam futuri Mundi maſſam, ſeminarium, & ma-
teriam à Deo ipſo tunc tantùm, non autem ab æterno paratam. Quin
autem confuſionis aliquid etiam tum fuerit in Cælo, negari non po-
teſt, quum nondum cæleſtes terreſtreſque materiæ à ſeipſis diſtinctæ
& ſeparatæ fuerint: quod demum & ſecundo die factum eſt: quòd
cæli nullus adhuc erat ornatus, nullus quoque ſplendor vel lux in eo
micabat. Sed illa confuſio major in terra fuit. Itaque de ea dictum
eſt, Tohu & Bohu. Ac ita Zanchius de oper. Dei part. 1. lib. 1. 14.
cap. 2. ejus Creationis rationem tradens quæ fit ex præexiſtente
materia, quam mediatam vel ſecundariã vocant, ſubjungit, *Talis*
fuit creatio ELEMENTORUM, *& eorum qui ex elementis pro-*
ducta leguntur. Elementis ergo ipſis priorem aliquam materiam
agnoſcit. Confuſionem autem illam atque imperfectionem Ter-
ræ, appellatæ In initio Hiſtoriæ Creationis, ſatis arguit & illud,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

quòd non addatur vidiſſe Deum *eam eſſe bonam*: quod operibus
perfectis & ornatum ſuum atque vires obtinentibus adjungitur.
Sed quid tandem, quæſo, rationis contra illam primam corpo-
rum naturalium materiam in medium afferri vel excogitari po-
15. teſt? Cur ea contra tot Autoritates, contra ſanam rationem, eſt
neganda? An fortè, quòd in rerum conſtituto ordine nulla talis
aliqua materia informis reperiatur, nulla ullibi ſeorſim exiſtenti-
am obtineat, aut ſubſiſtentiam propriam habere queat? Sed hîc,
ſuadente S. Paginâ, vel minimum divinæ omnipotentiæ digi-
tum conſiderare, ac vel ſine ratione etiam credere oporteret po-
tiùs, quàm proprii ac phantaſtici ſeu nimis ſcrupuloſi cerebri
ductum imitari, ac tandem penitus cum ratione inſanire: Hîc
Sapientiæ divinæ ac Potentiæ abyſſum intueri liceat, ac pio ani-
mo mirari, quæ illinc perfectiſſimam, Angelicam nimirum, hinc
ſummè imperfectam Creaturam, exordium ſuorum operum, non
ignoravit ſimul exhibere: ut ita æquè ſibi facilè monſtraret, vel ſi-
ne mediis nobiliſsima producere, ac cùm mediis ſeu per media &
16. ex mediis viliſsimis conficere nobiliora. Minima etiam Deus
voluit efficere, ne crederetur vel viliſsima negligere: at iis maxima
ſuorum operum conſociavit, ut abſolutus rerum quarumcunque
Dominus agnoſceretur, coram quo ejuſdem ordinis ſunt maxi-
ma cum minimis. Sic ergo Sapientiam ſuam cum Potentia con-
temperavit Deus in condenda re viliſſima, ut interim ſe minimè
eſſe ſimilem hominibus doceret, qui ullâ à ſe priùs conditâ atque
præparatâ quaſi aliquâ materiâ eguiſſet, niſi ita voluiſſet, ad mo-
litionem reliquarum rerum, & totius Univerſi opificium. *Simul*
17. autem dixi perfectiſsimam & minimè perfectam Creaturam
ab Opifice ac Creatore Deo eſſe conditam, nimirum ante tem-
poris exordium, cùm nullus adhuc eſſet motus, qui cùm corpo-
ribus ſolummodò conveniat, ne quidem in materia prima jam
creata potuit habere locum: Hîc ergo Ævum rebus eſt à Deo con-
creatum; in cujus equidem *principio*, ſeu momento primo, *Cæ-
lum* cælorum cum Angelis creatum eſt; itemque ea prima cor-
porum Materia, quæ fuit appellata *Terra*, *Aqua*, *Abyſſus*.
18. Ipſa porrò Dei Sapientia hinc eluceſcit elegantius, dum ex vi-
liſsimo, quod propter imperfectionem ſuam mentis noſtræ defi-
nitioni ſe ſubducit, per certos gradus univerſam Mundi machi-

nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

nam ſic adornavit, ut humanæ rationis captum univerſum ſupe-
ret. Hîc Bonitatis Dei inexhauſtum fontem poſſumus agnoſce-
re, qui vel rei uſque adeò imperfectæ, æquè atque perfectisſimæ
cuivis creaturæ, ſemetipſum voluit communicare, ut adeò per
omnes perfectionis gradus altiùs eveheretur ipſum Dei opus Dei
juſſu; qui ut ſolus ſupra omnem perfectionem propriâ eſſentiâ
eſt evectus, ita ad contribuendum entitatis gradum infimum per
bonitatem ſuam ſe dimiſit. Per immenſam lucem propriæ eſſen- 19.
tiæ non dedignatus eſt vel ipſas etiam tenebras producere; &
qui immensâ propriæ eſſentiæ perfectione eſt inperſcrutabilis, is
inviſibilem ac difficulter intellectu perceptibilem informitatem
voluit præſtare, quam pulchritudine & elegantiâ formarum di-
verſimodè inſtrueret. Sic æquè bonus ipſe fuit deformi atque pul-
chro; & ex deformitate ipſa ſibi gloriam paravit. Obſcuram verò 20.
illam intellectui humano, & inviſibilem obtutui mortalium ma-
teriam, ipſe Deus novit exactiſsimè, coram quo ipſæ tenebræ lu-
cis rationem obtinent. Ejus ſanè vel Potentiam vel Sapientiam
pro noſtro intellectus modulo metiri velle, eſt in profundiſsi-
mam impietatis ac ſtultitiæ abyſſum ſe immergere. Dum ergo
nihil rationis eſt, quod primam corporum materiam evertat, ra-
tionem ſaltem noſtram ac Danæi, pro eadem confirmanda ex
divina pagina allatam, dicterio quodã improbat Theologus, utut
à Clariſsimis ac celeberrimis Viris omni ævo comprobatam: &
ut vel minimam opinioni ſuæ ſpeciem adjiciat, idipſum, quod
vel unicum ſufficeret pro confirmanda certitudine Materiæ, oc-
caſionem atque cauſam unicam erroris ipſemet inſimulat. Scri-
pturæ nempe locum ſtatuit Poëtarum ac Philoſophorum depra-
vatum, & hinc in ſenſum ſequiorem præjudicio detortum: Au-
diamus ergo bona Viri verba.

MEDITATIO XXI.

Hoc præjudicio arreptum ex Scriptura Canonica Moſis illud Gen. 1. 2. *Terra autem erat* תהו ובהו *Tohu Vabbohu, inanis ſeu deſolata ac vacua. Enimverò voces illæ non ſignificant materiam informem; ſed terræ habitaculum incolis vacuum & deſtitutum herbis & arboribus, atque aquis adhuc circumfuſam, & ſub aquis latentem, ejus ſuperficiem & molem: quemadmodùm iiſdem vocibus notatur deſolatio & vaſtitas, quâ regiones habitatoribus deſtitutæ incultæ ac ſteriles jacent. Eſai.* 34. 11. *Ierem.* 4, 23. & *Pſalm.* 107. 40.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

COMMENTARIUS.

1. *Hoc*, inquit, *præjudicio arreptum ex Scriptura Canonica Moſis illud Gen.* 1. 2. *Terra autem erat* תהו ובהו *Tohu Vabbohu inanis ſeu deſolata & vacua.* Itane verò illi quoque Patres, Auguſtinus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Baſilius, aliique Theologi quàm plurimi, qui acriter hâc parte perſtrinxerunt Poëtas ac Philoſophos, quod chaos aliquod æternum ſtatuiſſe viderentur, nihilominùs ab iiſdem præjudicio ſe abduci paſsi ſunt? Quàm merum hoc figmentum eſt phantaſtici judicii, vel pertinacis ani-
2. mi! Ipſi certè illi Patres quoque ac Theologi paſsim terram illam *inconditam, inviſibilem, informem, imperfectam* interpretantur, qui tamen acerrimè Philoſophorum hîc figmentum, illud chaos attinens, impugnant: ſed noſtro Theologo ea *deſolata* ac *vacua* vertitur. *Enimvero*, inquit, *voces illæ non ſignificant materiam informem; ſed terræ habitaculum incolis vacuum, & deſtitutum herbis & arboribus, atque aquis adhuc circumfuſam, & ſub aquis*
3. *latentem, ejus ſuperficiem & molem.* Sed quâ autoritate tandem hanc interpretationem adeò exactam novit, ut ita confidenter Viris aliis doctiſsimis ac verſatiſsimis in Lingua S. ipſis etiam Rabbinorum atque Hebræorum eruditiſsimis, auſit contradicere? Accuratiore ſcilicet, quàm ab aliis factum eſt, Locorum collatione ea eruit. Nimirum, *Quemadmodum iiſdem vocibus notatur deſolatio & vaſtitas, quâ regiones habitatoribus deſtitutæ incultæ ac ſteriles jacent. Eſai.* 34. 11. *Ierem.* 4. 23. *& Pſalm.* 107. 40.
4. Certè ita ſuis præconceptis opinionibus indulget Theologus, ut nequeat diſcernere inter id quod propriè & impropriè, vel abſolutè ac ſecundùm quid vocatur. Mirum certè non eſt, quod *deſolata* atque *inexculta* regio vel terra aliqua, impropriè vel ſecundùm quid *informis* dicatur, quòd nempe talem faciem ac *formam accidentalem* non gerat, quam gerere debebat, & ad quam ordinata erat, ſeu ad quam eſt in potentia; at *informe* abſolutè eſt, quod *ſubſtantiali formâ* caret, ſeu quod totâ *ſpecie* eſt *obſcurum* atque *inviſibile*, quodque per ſe nullo modo poteſt comprehendi, ut de
5. materia prima Plato loquitur. Similiter *inane* quid ac *vacuum* vocatur, non in quo propriè nihil eſt; ſed in quo, non ſunt ea quæ

debebant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

debebant eſſe: ſic *vacuam* ac *inanem* dicimus crumenam, in qua nulla eſt pecunia; *vacuam* ſitulam, in qua non eſt aqua: At verè propriéque *vacua* eſt materia, quòd nullam definitam ſpeciem inſe habeat, ſeu careat eſſentiâ rerum ſpecificâ. Impropriæ ergo illæ locutiones, non tollunt genuinam, vocum vim ac ſignificationem. Quin alia certè etiam Scripturæ S. loca ſunt, quæ noſtri 6.
Theologi interpretationem planè non admittunt. Ut cùm 1. Sam. 12. v. 21. vocabulum תהו TOHU, *Vanitas, inanitas*, pro *Idolis* ac *Diis fictis* ſumitur, quia formam ſeu eſſentiam non habent, hoc eſt, quia non ſunt id quod dicuntur aut creduntur eſſe, ſeu nihil obtinent divinitatis. Ita Eſai. 44. v. 9. Artifices Idolorum TOHU, *vanitas* vel *inanitas* dicuntur, ut qui nec vident nec cognoſcunt, & quorum vota nihil ſunt. Sed ſi vel dubia fortaſſe vi- 7.
deretur ſoli noſtro Theologo vocum illa ſignificatio: dum nulla prorſum ratio, nec ulla ſacræ paginæ autoritas, cum materia illa prima rudi ac informi, à Deo primùm condita, pugnare dici poteſt; at complures rationes, & Philoſophorum antiquiſsimorum ac Theologorum præſtantiſsimorum variæ autoritates eam probant ac confirmant: cur, quæſo, prævalebit unici Theologo-Philoſophaſtri opinio? cur ejus cerebri perſuaſio receptiorem dudum inter omnes penè Orthodoxos ſententiam turbabit vel evertet? Extollatur ergo jure meritóque, vel tutò ſaltem, manus 8.
Dei omnipotens, quæ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης *cùm creârit Mundum ex informi materia*, (ex nihilo ab ipſo Deo condita,) potuerit tamen adeò illuſtrem Creaturæ univerſæ elegantiam adjicere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

SECTIO SECUNDA

De

Creationis Effecto ſeu Opere, univerſim.

MEDITATIO PRIMA

Creationis actio & efficientia ex Deo, propriâ vocum ſignificatione, etiam in Scriptura dicitur κλίσις Creatio *Marc.* 10. 6. 2. *Pet.* 3. 4. *Rom.* 1. 20. *Illius verò effectum ſeu opus propriè loquendo eſt & dicitur* κλίσμα Creatura. 1. *Tim.* 4. 4. *Frequentata autem eſt vocis* κτίσεως *impropria per metonymiam ſignificatio, ut intelligantur* τῆς κλίσεως ποιήματα *Creationis opera ſeu effecta, vel collectivè cuncta, ut Rom.* 1. 25. *cum verſ.* 20. & *Col.* 1. 15. *Heb* 4. 13. *Vel* κατ᾽ ἐξοχὴν *Homo, ut Creaturarum viſibilium nobiliſſima. Marc.* 16. 15. *Vel, præter Hominem, Creaturæ reliquæ, Rom.* 8. 19, 20, 21, 22.

COMMENTARIUS.

1. CReationis eſſentiam talem expoſuimus ſectione
præcedenti, quæ, ut in Deo eſt, ſit ipſa *Dei voluntas*
æterna, immutabilis, Deoque penitus eſſentialis,
ſeu ipſa Dei eſſentia ſimpliciſſima; ut
verò terminatur in Creatura, diximus eandem
eſſe infinitæ virtutis divinæ operationem extrorſum
ex merè nihilo operantem; ſeu, quæ extra Deum in Creatura
ἐνέργειαν obtineat, eamque à non eſſe ſimpliciter ad eſſe traducat:
adeóque neceſſariò non ſit ab æterno; ſed pro libertate voluntatis
divinæ in prædefinito certoque temporis vel ævi momento, ab ipſo
ac ſolo Deo, inſtituta ex nihilo, & quoad Univerſi πληρώματος
adornationem, ſex dierum ſpatio, ſecundarum cauſarum à Deo
conditarum ac naturaliter tum agentium tum patientium con-
2. curſu, ab eodem ſupernaturali actione creatrice abſoluta. Hanc
verò Dei ex nihilo ſimpliciter productionem diximus *per ſe ex
propria ſignificatione* denotare paſſim voces illas Hebraïcas,
Græcas, & Latinas, ברא, κτίζειν, *Creare*: quod ut à Theologo no-

ſtro fuit negatum Med. th. 14. Sect. 1. ita nunc tandem ab eodem affirmatur, quando inquit, *Creationis actio & efficientia ex Deo propriâ vocum ſignificatione, etiam in Scriptura dicitur* κτίσις *Creatio Marc.* 10. 6. 2. *Pet.* 3. 4. *Rom.* 1. 20. Quibus locis univerſa illa Dei operatio extra Deum inſtituta, & ſex dierum ſpatio in productione ac perfectione univerſæ Creaturæ abſoluta indigitatur. Adeóque, licet ſimul ſecundaria hîc Creatio implicetur, quæ ex præſubjecta at planè indiſpoſita eſt materia; omnino tamen, & imprimis, ipſamet Creatio primaria, quæ eſt *ex nihilo ſimpliciter*, propriâ ſignificatione denotatur: niſi fortè noſter Vates omnia *ex Deo* hoc eſt, ex ſubſtantia Dei primitus *effecta* eſſe credat; vel aliâ fortè nobis incognitâ ratione quadam, ad eſſentiam τῆς κτίσεως *creationis univerſalis* (quâ ſex dierum ſpatio univerſa Dei Creatura & exiſtentiam ſuam & perfectionem conſecuta eſt,) terminum illum à quo, τὸ *Nihil, ſive Nihil eſſe ſimpliciter, quod præceſſerit* τὸ *eſſe univerſæ Creaturæ*, (ut loquebatur Sect. 1. Med. 14.) non pertinere exiſtimet. *Illius verò* actionis (quæ Creatio appellatur, quæ propriâ ſignificatione denotat *ex nihilo ſimpliciter* productionem; at quæ Theologo noſtro *efficientia ex Deo* nuncupatur,) *effectum ſeu opus propriè loquendo eſt & dicitur* κτίσμα *Creatura*. 1. *Tim.* 4. 4. Quamvis enim plantæ & animantium variæ ſpecies ſint ipſius terræ quædam ſoboles, piſces atque aves progenies aquarum; & quicquid eſt in cibos datum homini (quo reſpicit citatus locus) cauſam quandam naturalem habeat: ſi tamen infinitæ Dei virtutis extraordinariæ, hîc quoque ſimul operantis habeatur ratio, omnino *Creatura* Dei propriè loquendo eſt ac dici debet, quicquid ſex dierum ſpatio productum eſt, quippe cùm reſpectu ejus operationis, quæ ſolius Dei eſt, quam propriè ac primariò *Creationem* appellamus, omnia æqualiter ex nihilo ſimpliciter producta ſint. Ut autem illa *Dei actio extrorſum operans*, in Creaturis terminata, intelligatur minimè pertinere ad ipſius Dei eſſentiam, ſed eſſe ipſam Creaturæ, quâ ut Creatura conſtituitur, ἐνέργειαν vel actum, diſtinctam à Creatione Dei interna, ſeu omnia operante Dei actu ſimpliciſſimo & immutabili: hinc *frequentata eſt vocis* κτίσεως *ſignificatio*, non *impropria* per *metonymiam* cauſæ, hæc enim unica in unico ac ſolo Deo eſt; ſed magis propria & eſſentialis, ipſam nempe Creaturæ, quâ eſt Creatura, formam ſeu

3.
4.
5.

actum

actum exprimens, (velut motus eſt & appellatur actus mobilis,) ut intelligantur τῆς κτίσεως (*Creationis*, non extrorſum extra Deum conſtitutæ ac in Creatura terminatæ, ſed ejus quæ in Deo eſt æterna, æternæ actionis rationem habens) ποιήματα *opera ſeu effecta*: Eaque *vel collectivè cuncta, ut Rom. 1. v. 25. cum verſ. 20. & Col. 1. 15. Heb. 4. 13. Vel* κατ᾽ ἐξοχὴν *Homo, ut nobiliſſima Creaturarum viſibilium*, tum earum quas Terrarum orbis habet, *Marc.* 16. 15. ut & reliquorum omnium omnino corporum naturalium, quâ ſimpliciter ſunt naturalia : *Vel præter hominem Creaturæ reliquæ. Rom.* 8. 19. 20. 21. 22.

MEDITATIO II.

Voci κτίσεως *Creaturæ affinis eſt, ſed non omnino gemina, Vox* φύσις *Natura: Illa ſemper conſignificat cum Creatura Creationis originem à Deo, atque ea propter nunquam ſignificat* τὸν κτίσαντα *Creatorem. Hæc autem ſimpliciter, in prima ſua ſignificatione notat Res ipſas, earumque ſpecificam differentiam: & connotat earum vires atque proprietates intrinſecas: ut Iac. 3. 7. Vnde etiam transfertur ad* τὸν φύσαντα *ſive* τὸν φυτεύσαντα, *h. e. naturæ auctorem, qui, ut dicitur* ὁ φυτεύσας *naturæ plantator, Pſalm. 94. 9. ſic dicitur* ἡ θεῖα φύσις *divina natura, 2. Pet. 1. 4. &* φύσει θεὸς *naturâ Deus. Gal. 4. 8.*

COMMENTARIUS.

1. Ut Creatura, quâ eſt Creatura, à ſe ipſa, quâ eſt per Naturam conſtituta, diſcernatur, Vocabulorum κτίσεως καὶ φύσεως ſignificationes propriæ notandæ ſunt. *Voci* κτίσεως *Creaturæ affinis eſt*, inquit Theologus, *ſed non omnino gemina*, (ſynonyma intelligit,) *Vox* φύσις *Natura*. Rectè equidem affinis dicitur voci κτίσεως vox φύσις, quatenus illa non *Creaturam* adæquatè , ſed *Creationem* paſſivè
2. indicat. Nempe illud ipſum eſt, quod ad præced. Meditationem notavimus : κτίσιν *Creationem* non ſumi *per metonymiam cauſæ* pro ipſa Creatura; ſed quatenus eſt Creaturæ, quâ talis eſt, actus, Creaturæ verum eſſe ipſius Creaturæ tribuens : Veluti φύσις Natura actus eſt τοῦ τὴν φύσιν ἔχοντος *ejus quod Naturã habet*, ſeu quod
3. primariò *Naturale* dicitur , aut *per naturam conſtitutum* eſt. *Illa* autem (vox κτίσις,) quando Creaturam ſignificat, *ſemper conſignificat cum Creatura* (& *termino à quo*, qui eſt τὸ nihil ſimpliciter,)

Creationis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Creationis originem à Deo, ut à cauſa efficiente ſolitaria; *atque ea propter nunquam ſignificat* τὸν κτίσαντα *Creatorem*. Quamvis enim rectè Creator à ſe ipſo eſſentiam & exiſtentiam habere dicatur, quòd ſuâ ſit ipſius virtus, nec virtutem ullam ab alio communicatam habeat; haud tamen dici poteſt à ſe ipſo eſſe, quaſi à ſe ipſo productus. *Hæc autem* (vox φύσις *Natura*) *in prima ſua ſignifica-* 4.
tione non *notat Res* ipſas, ut perperam inculcat Theologus; ſed propriâ quidem ac nativâ ſignificatione denotat *nativitatem* viventium, aut ipſam *generationem*: eſt enim φύσις ἀπὸ τοῦ φύεσθαι *à naſcendo*; ac ita *natura* quaſi *naſcitura* dicitur. Cúmque forma, quæ ex potentia materiæ educitur, generationis finis ſit, naturæ appellatio formæ ſpeciali ratione eſt tributa. Atque ita 2. phyſ. t. 14. dicitur *Natura, quæ ut generatio eſt, ad naturam via eſſe*.
Hinc verò ſignificatio vocis ad intrinſeca & eſſentialia principia 5.
rei genitæ traducta eſt: nempe, ut Thom. aït p. 1. q. 29. art. 1. quia nativitas viventium eſt à principio intrinſeco, ideo derivata eſt hæc vox ad ſignificandum primum principium intrinſecum motus, quod eſt materia & forma: (atque ita 2. phyſ. t. 3. Naturæ vocabulum ſtrictè definitur:) ſeu, quia generandi facultas à forma pendet, quæ in materia & per materiam agit, hinc pro forma quidem κατ' ἐξοχὴν, ſed & pro materia, quatenus ea per formam eſt diſpoſita, accipitur. Ab hac ſignificatione igitur forma hominis, quâ homo eſt, hoc eſt, rationalis anima, excluditur, quæ ut generatione non producitur, ſeu è potentia materiæ non emergit, ita nec generandi facultatem in ſe habet, (vid. Theatr. Nat. Univ. p. 2. diſp. 6. § 23. & 36.) Quia verò forma juncta materiæ eſſen- 6.
tiam rei genitæ complet, hinc & natura pro tota rei genitæ eſſentia accipitur: unde porrò quoque per analogiam ad eſſentiam corporum cæleſtium, hoc eſt, quoad tota immutabilium, transfertur. (confer Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 8. q. 2.) Quia autem Antiqui Philoſophi, qui de Natura primùm diſputabant, nullam niſi ſubſtantiarum corporearum eſſentiam agnoverunt, (ut patet 4. phyſ. c. 7. t. 57.) hinc factũ eſt, ut natura ſolis corporibus, abſolutè & in ſe ſpectatis, propriè attributa ac retenta olim ſit, quæ inde *corpora naturalia* dicta ſunt. (vid. Suarez. d. 15. ſ. 11. § 5.) Cùm verò 7.
præter ſubſtantias corporeas dentur etiam incorporeæ ſubſtantiæ, huc alii porrò naturæ appellationem, ad quamvis ſubſtantia-

rum eſſentiam, ſive ea ſimplex ſit, ſive ex materia & forma com-
poſita,denotandam derivârunt: ut adeò ipſum quoque Deum &
materiam primam ſub naturæ nomine complecterentur : Atque
ita inter cæteras naturæ ſignificationes, *Natura* , inquit Boëtius
lib. de duab. nat. & una perſ. Chriſti,*eſt quod facere,aut pati,aut*
8. *utrumvis poteſt.* Sed longiùs hinc tandem porrò Naturæ ſignifi-
catio diducta eſt , ad veri entis cujuſvis eſſentiam denotandam,
ſive fuerit ſubſtantia,ſive accidens. Ita denuò Boëtius, *Naturam*
dicit *eſſe earum rerum , quæ cùm ſint,quocunque modo intellectu*
9. *poſſunt capi.*Ex prædictis autem modis aliquibus porrò collectivè
ſumitur Natura pro tota Univerſitate rerum creatarum, quæ ad
hujus Mundi pertinent integritatem & ornatum: (velut 12.Met.
10. cap.7.t.38:) hæc *Natura naturata* dicitur. Atque ita latiore ali-
quantò ſignificatione per Naturam poſſumus indigitare ipſos et-
jam Angelos cum ſuo habitaculo;adeóque collectivè omnem Dei
creaturam,ſeu Res ipſas univerſim,ut à ſolo Creatore ſunt diſtin-
11. ctæ: quæ tamen appellatio eſt magis inſolens. Sed & pro ordine
cauſarum naturalium, quæ ſecundùm inſitas virtutes atque in-
clinationes agunt & patiuntur , ſolet accipi Natura : ut quando
12. dicimus,Naturam nihil agere fruſtra non eſſe otioſam, &c. Huc
etiam ſpectat appellatio Naturæ, quâ in commune bonum Uni-
verſi, contra proprias inclinationes, ſæpe ſingularia corpora im-
pelluntur: quam *Naturam univerſalem*,ac *communem quandam*
vim motricem, quæ omnibus corporibus, præter peculiares vir-
tutes , videatur contributa , Philoſophi indigitare conſuevêre;
quæ ſc. omnia nectit naturaliter , ac ſingula ſuis ſedibus conve-
nienti ratione ſervat. (vid. Diſcurſ. de Mund. Opific.diſp.2.q.1.
13. § 22.23.& ſeq.)Tandem Natura denotat Rerum quarumcunque
differentiam ſpecificam ; vel ſimplicis eſſentiæ proprietatem,(ubi
nempe aliquid ab alio ſe ipſo eſt diſtinctum:) Hinc aliã naturam
auri eſſe dicimus, aliam argenti; ac varias eſſe plantarum & ani-
malium naturas: ſimiliter naturam humanam, ac naturam ange-
licam dicimus; & aliam eſſe naturam materiæ, aliam formarum:
ita quoq; θεία φύσις *divina natura* dicitur.Hoc ſenſu,ſi ad ſola cor-
pora Naturæ appellatio referatur, dicitur à Boëtio *unamquam-*
que rem informans ſpecifica differentia; ſeu generaliùs dici poteſt,
14. *cujuſvis ſubſtantiæ eſſentialis proprietas.* Hinc porrò connotat

Natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Natura *rerum vires ac proprietates intrinſecas*, à ſpecifica eſſentia
promanantes: ut *Jac.* 3. 7. Unde ad Deum ipſum transfertur, pro
denotanda quaſi indole ejus ac proprietatibus ſeu attributis, quas
à nullo alio ſed à ſe ipſo habet, ſed quæ interea ab eſſentia ejus mi-
nimè diſtincta ſunt: ſicque φύσει θεὸς *Naturâ Deus* dicitur. *Gal.* 4.
8. Alio item ſenſu ad Deum Opt. Max. Naturæ appellatio trans- 15.
fertur, nempe velut ad τὸν φύσαντα, ſive τὸν φυτεύσαντα, quem
Naturam naturantem appellant, nimirum, quatenus eſt omnis
virtutis & operationis, adeóque *Naturæ* univerſæ ſtrictiùs dictæ
Autor & origo: (apud Socr. lib. 4. de Offic. & Auguſt. lib. 15. de
Trin. cap. 1.) Atque ita φυτεύσας dicitur *Naturam tribuens genitor,
naturæ procreator, plantator. Pſalm.* 94. 9. Denique Natura acci- 16.
pitur pro eſſentiæ ſimilitudine quadam ac imitamento: ſic *naturæ
divinæ conſortes* dicimur. 2. *Pet.* 1. 4. Plures quidem Naturæ ap-
pellationes occurrunt paſſim, ut quando pro nativo calore, aut
pro cujuſvis animantis temperamento accipitur. Unde Gal. lib.
art. Med. cap. 77. *Natura Opifex: Medicus Miniſter:* Item
pro eo ex quo primo aliquid generatur, ſeu quod in generatione
animalis primum exiſtit. Ariſt. 4. Metaphyſ. cap. 4. &c. Quas o-
mnes impræſentiarum prætermittimus. Apparet ſaltem ex præ- 17.
dictis, utut voci κτίσεως *Creaturæ* affinis aliquo ſenſu videatur vox
φύσις *Natura*, minimè tamen, (ut cum Theologo concludamus,)
illi geminam cenſeri poſſe.

MEDITATIO III.

Vox autem Naturæ reſtrictiùs ferè ſumitur pro illo Creationis opere, quod Objectum eſt Phyſices ſeu Naturalis Philoſophiæ: eſtque ἔμφυτον ſeu inſitum in corporibus naturalibus motionis principium: intelliguntur autem tot eſſe naturæ particulares, quot ſunt corporum naturalium ſpecies; & tot ſingulares, quot ſunt ſubſtantiæ individuæ.

COMMENTARIUS.

Inter plurima Naturæ ſignificata, quæ jam expoſuimus, *vox* 1.
*Naturæ reſtrictiùs ferè ſumitur, pro illo Creationis opere, quod Ob-
jectum eſt Phyſicæ ſeu Naturalis Philoſophiæ: eſtque* ἔμφυτον *ſeu
inſitum in corporibus naturalibus principium*: ſeu, ut definitur 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

phyſ. cap. 1. text. 3. Principium & cauſa, motus & quietis, ejus in quo ineſt primùm, per ſe & non per accidens. Sumiturque vel collectivè, pro *Univerſitate rerum corporearum*, ſeu pro toto Mundo viſibili; vel diſtributivè, pro diverſis quæ in ea Univerſitate ſunt, *ſpecificis corporum differentiis informantibus*, quâ informantes ſunt, hoc eſt, corpoream eſſentiam unà cum materia
2. conſtituunt. *Intelliguntur autem tot eſſe naturæ particulares*, quot ſunt ejuſmodi ſpecificæ differentiæ; at minùs rectè vel impropriè, ac non ſatis per ſe adæquatè, tot numerat Theologo-Philoſophus noſter, *quot ſunt corporum naturalium ſpecies.* Species enim & genera fiunt per abſtractionem proprietatum individuantium ac differentiarum à naturis ipſis, pendentque omnino ab operatione noſtri intellectus; at particulares naturæ ab invicem diſtinctæ fuerunt ſpecificis ſuis differentiis in hoc Univerſo, etiam cùm nondum eſſet humanus intellectus conditus. Et earundem beneficio etiamnum multa ſine ſemine ſpontaneâ gene-
3. ratione producuntur. Ipſæ ergo differentiæ ſpecificæ, quæ vel non cogitantibus nobis in corporibus exiſtunt actu, naturas particulares ab invicem diſcernunt: ac inter diverſâs quidem ſpecies, quæ à noſtra mente per abſtractionem fiunt, *diſcrimen eſſentiale* conſtituunt; inter unius autem ejuſdemque ſpeciei individua, quatenus materiam certam informando ac determinando ſeipſas determinant, non niſi *eſſentiarum diſcrimen* tantùm.
4. Forma autem materiam informans ac determinans, ſubſiſtentiam propriam corpori naturaliter tribuit, ac ita particulari naturæ *differentiam individuantem* ſuperaddit, hoc eſt, individuum conſtituit: Atque ita intelliguntur tot individua in Univerſo eſſe, quot ſunt particulares ſubſiſtentiæ: Indiſciplinatè verò & ineptè dicuntur *tot ſingulares* NATURÆ *eſſe, quod ſunt ſubſtantiæ individuæ.* Reverà enim *particularis* natura à *ſingulari* non differt: ac utraque *ſpecificam differentiam* in rebus, abſque differentia
5. individuante, atque adeò ſingulari ſubſiſtentia, ſignificat. Inter naturas autem particulares, ſtrictiori illa, quâ dictum eſt, Naturæ appellatione acceptas, referimus quidem naturam humanam, quà ſenſitiva eſt, adeòque ipſum animal humanum, ſeu illud totum quo homo animalis naturæ eſt particeps; at neutiquam, quà diviniori aliquâ ſubſtantiâ, nimirum mente eſt prædita: quæ certè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

certè mens per ſe haudquaquam phyſicæ conſiderationis eſt; nec adeò eâ parte homo ad objectum Philoſophiæ Naturalis referendus eſt. De rationalis autem animæ & reliquarum formarum, 6.
quæ naturales dicuntur, diverſitate ac eminentiori illius eſſentia conſtare poteſt ex Diſſert. de Anim. hum. ſubſt. § 70. 71. 72. confer. Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 7. q. 3. § 53. 54. & quæ ibid. antecedunt à § 37. uſque. item Diſſert. de Anim. Hum. Immort. à § 31. uſque ad § 58. Similiter Apol. noſtr. ad Art. 1.

MEDITATIO IV.

Illarum particularium & ſingularium naturarum concinna aggregatio, & per illam aggregationem ornata ſtructura ac compages Univerſi, dedit Univerſo nomen κόσμȣ *&* Mundi: *Vox enim utraque Munditiem & ornatum notat. Atque vocem* κόσμȣ *adoptat Scriptura, vocans Creationem Univerſi,* καταβολὴν κόσμȣ, *Fundationem. Mundi Matth.* 13, 35. *Ioh.* 1. 10, *&* 17, 24. 1. *Petr.* 1. 20.

COMMENTARIUS.

1. *Illa particularium & ſingularium naturarum* (quarum rationem præced. comment. expoſuimus,) *concinna aggregatio, & per illam aggregationem ornata ſtructura ac compages Univerſi, dedit Univerſo nomen* κόσμȣ *& Mundi. Vox enim utraque munditiem & ornatum notat.* Ornatiſſimè dictum à Theologo; at cujus effati ſenſus aliquanto pleniùs enucleandus eſt. Mundus e- 2.
quidem, ut hinc exordiamur, duplex ſtatuitur Philoſophis: alius quidem νοητικὸς intelligibilis, ſeu idealis; alius αἰσθητὸς ſenſibilis ſeu corporeus. De Mundo intelligibili non omnium eadem ſententia eſt: Alii enim per hunc ipſum intelligunt Mundum aliquem incorporeum, verè extra Deum ſubſiſtentem, ſed ſupra hunc Mundum: qui ſi dicatur Intelligentiarum ſeu Angelorum univerſa Multitudo, in beata ſede degentium, nimirum, quæ cum Deo optimam in univerſa ſempiternitate ac ſufficientiſſimam vitam agat, nullis ſubjecta paſſionibus, nullis alterationibus, nullis mutationibus, ut eſt apud Ariſt. lib. 1. de Cælo vel Mundo cap. 9. t. 100. haud equidem abſurdè ſtatuetur. Alii verò per 3.
Mundum intelligibilem, ſeu idealem, indigitare volunt Mundum quendam, inter viſibilem atque ipſum Bonum, ſeu Deum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Opt. Max. conſtitutum: Imaginem quidem Boni, exemplar verò
corporei Mundi: illamq; ita à Bono pendentem, ſicut lumen extra
Solem à Luce intra Solem, ut eſt apud Marſil. Ficin. Comp. in Ti-
mæum Platon: c. 10. Hunc autem Mundum commentitium ac va-
num meritò rejicit Danæus Phyſ. Chriſt. part. 1. c. 11. Alii verò per
4. idealem Mundum intelligunt exemplar aut ideam aliquam Mun-
di in mente divina, ab æterno conceptam. Sed nec ea ſententia
probari poteſt: Nam, ut cit. loc. habet Danæus, Non admittit
Deus ejuſmodi accidens, qui cùm videt præſentia, non abſtrahit
rerum objectarum formas & imagines; cùm cogitat & medita-
tur, non ex uno ad aliud progreditur; cùm operatur & agit, non
ad ſpeciem priùs efformatam in animo opus ſuum confert & exa-
5. minat ne erret. Rectiùs ergo alii, non modò inter Chriſtianos vi-
ri graves, ſed & inter Ethnicos Philoſophi, (nobiliori quodam
Dei lumine illuſtrati, quàm quod Natura fundat,) per Mundum
idealem ipſam Dei Sapientiam intellexerunt: inter eos verò Triſ-
megiſtus, Ægyptii, Pythagoras, ac Plato: qui Mundum hunc idea-
lem modò ἀρχέτυπον, νοητὸν κόσμον, modò υἱὸν τοῦ πατρὸς *patris filium*,
6. modò θεοῦ λόγον *Dei verbum*, ac *ſapientiam rerum*, appellârunt. Sic
ergo Mundus idealis intelligitur ipſe Dei Filius æternus, qui eſt
imago & χαρακτὴρ æterni Patris; habens reverà propriam ſub-
ſiſtentiam, in una eademque ſimpliciſſima cum Patre eſſentia. Sed
de hoc Mundo ideali plura vid. apud Auguſt. in Enchirid. cap.
38. & 39. lib. octoginta quæſt. cap. 46. Et lib. 1. Retract. cap.
3. Confer. quæ de Mundo ideali diximus Nat. Theatr. Univ. p. 1.
diſp. 10. q. 3. à § 7. uſque. ad § 15. Hic ergo Mundus ipſa pulchri-
tudo eſt eſſentialis, quæ Mundum viſibilem eminenter in ſe con-
7. tinet. Mundus autem viſibilis, qui, ſecus atque prior, ad Crea-
tionis opera refertur, ac hujus loci eſt, non uno ſignificatu acci-
pitur. Nam, quod ad præſens ſpectat inſtitutum: Vel, nomine
Mundi viſibilis 1°. intelligitur Theologo noſtro *ſingularum na-
turarum* (quas vocat Noſter diſtinctas à *particularibus naturis,*)
hoc eſt omnium individuorum quæ in corporea Dei creatura
ſunt, *aggregatio*: At ea certè *concinna* dici non meretur, nec *per
illam aggregationem ornata ſtructura ac compages Univerſi* eſt:
ſunt enim multa ἁμαρτήματα καὶ παραβάσεις, vitia & prævaricatio-
nes, inordinatæ, inconcinnæ, adeóque multæ deformitates in

plurimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

plurimis individuis: quæ certè per ſe ornatum & elegantiam Mundo nullam conferunt. Atque hoc quidem ſignificatu *Objectum Phyſices ſeu naturalis Philoſophiæ*, (quod vi Medit. præced. hîc indigitare voluit Theologus,) haudquaquam indigitari debet: cùm ſcientia ad individua non deſcendat; ſed in naturis particularibus ſubſiſtat, ob individuorum inſtabilitatem ac mutabilitatem. IIº. Sumitur Mundus viſibilis pro *omnium naturarum particularium aggregatione*, (quod & notatum à Theologo, licet effati hujus emphaſin fortaſſe minùs dexterè perceperit,) hoc eſt, pro una quadam ex naturis ſeu eſſentiis omnibus corporum naturalium concatenata ſerie ac complexu unico: qui demum verum & adæquatum univerſæ Naturalis Philoſophiæ Objectum eſt: iſque jure meritóque *dedit Univerſo nomen* κόσμυ *& Mundi*. In hoc nihil inconcinnum eſt, nihil inordinatum, nihil deforme; ſed elegantiſſima ac ordinatiſſima naturarum variarum coordinatio ac ſubordinatio eſt, convenientiſſima harmonia ac conſenſus, placidiſſimus omnium nexus: quo omnia ita in Univerſo cohærent, ut loquitur Scalig. Exerc. 250. ac ita medium inter extrema ordinatum eſt, ut in formis non detur vacuum. Hunc naturarum ſeu eſſentiarum concinnum ordinatumque inter ſe nexum ac reſpectum Pythagoræi eleganter numeris comparârunt, velut ipſe quoque Ariſt. 8. Metaph. t. 55. ut indicarent Univerſum hoc ita ex diverſis naturarum ſeu eſſentiarum unitatibus quid aggregatum eſſe, ut eſſentiali unitate omnia ſint inter ſe unita. Liceat autem impræſentiarum, tuâ pace, præſtantiſſime D. Theologè ac Philoſophorum Cenſor meritiſsime, ſententiam Philoſophorum antiquorum paucis enodare, cùm nondum ratio ſit reddita cur potiùs unus normæ inſtar ſit habendus quàm alius ubi nihil ſ. Pagina videtur definire: ſic verò, ſi quid tandem ratione per tuas conſequentias demonſtraveris adverſum orthodoxæ Religioni, cui unicè intenti ſumus, id jure meritóque corrigemus ac repudiabimus. Antiqui ergo illi Mundum univerſum numeris aſsimilârunt: Velut enim tertia unitas ad binarium ita ordinata eſt, ut ſi huic addatur, unum per ſe ternarium conſtituat; ſimiliterque quarta unitas ad ternarium; & ita porrò: eodem modo in hoc Univerſo ipſæ rerum eſſentiæ ordinatiſsimè inter ſe collectæ ac connexæ ſtatuendæ ſunt. Cúmque ita ex variis entium eſſentiis

8. 9. 10. 11. 12.

numerus

numerus in concreto ſeu numeratus reſultet, ſingularũ quidẽ unitatum, quà diviſionem patiuntur ob materiã, diverſæ ſunt particulæ coordinatæ invicem, ac in unius eſſentiæ integritate inter ſe convenientes: tales ſunt cujuſque ſpeciei individua, ac differentes inter ſe cujuſque individui animati partes. Ita autem unitates Naturarum ſingulæ ad invicem ordinatæ ſunt, ut ultimæ ſemper unitates, quæ ſpecificam numeri eſſentiam reliquis additæ complent,
13. non hæreant ſimpliciter extrinſecus; ſed cùm ſint *informantes differentiæ*, totam unitatum collectionem permeent: veluti denarii ratio non in ultima unitate hæret præciſè, ſed per omnes unitates
14. collectas acceſſu ultimæ diffunditur. Quæ verò unitas hoc modo ultimum Univerſi numerum abſolvit, & eſſentiam totius complet, illa rectè *Natura univerſalis* ac *Mundi Anima* Antiquis appellata eſt: cùm verè ipſamet vitales atq; ſenſitivas facultates, unà cum naturis ſeu eſſentiis plantarum & animantium, cæterarumq; rerum naturalium, complexu ſuo comprehendat; nec ipſa interim deterioris ſit conditionis, quàm eſſentiæ ſubordinatæ, nec verò per ſe otioſa ſit, ſed ipſa quoque velut eſſentiæ ſubordinatæ, proprias ſuas totique Univerſo convenientes operationes exequatur.
15. Nõ ergo talis anima eſt, qualis vel in quercu eſt, vel tilia, vel lauro, aut aliis vegetabilibus; nullo quippe Mundus alimento indiget, qui nec nutritur neque creſcit: nec qualis eſt in equo, vel cane, vel in homine ſenſitiva; quippe nec manus, vel pedes, vel oculi, vel alia id genus organa, Mundo attributa ſunt: Sed quæ potiſſimùm interni ſenſus, atque motuum in ſeſe variè remeantium, ſit cau-
16. ſa. *Oculis certè non indigebat Mundus*, ut Plato in Timæo inquit, *quia nihil extra, quod cerni poſſet, relictum erat; nec auribus, cùm nihil ſupereſſet quod audiretur; nec erant aëre circumfuſa externa Mundi, ut reſpirationem requireret: Nec membris quidem talibus opus erat, per quæ nova alimenta ſuſciperet, ac decocti cibi excrementa emitteret: nulla deceſſio fieri poterat, nulla acceſſio. Nec enim erat quò aut unde talia fierent. Ipſum enim* illud animal, ut vocat Plato, *ſe conſumptione & ſenio ſui ipſius alit. Ita nempe divina arte fabrefactus eſt Mundus, ut omnia in ſe ipſo & à ſeipſo patiatur & agat. Ratus enim eſt ille Autor, Mundum ſi ſibi ipſe ſufficiat* (quoad prædictas operationes naturales,) *præſtantiorem fore, quàm ſi aliorum adminiculis egeat. Nec ei manus neceſſarias eſſe duxit, quia ne-*

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

que capiendum quicquam erat, neque repellendum. Nec pedibus, aut alíis ad progreſſum ſtatumve membris, opus erat: motum enim illi congruum ipſius corpori attribuit, qui ex ſeptem motibus unus ad mentem maximè & intelligentiam pertinet. Ideoque cùm illum per eadem, & in eodem, & in ſe ipſo circumduxiſſet, effecit ut circulari converſione moveretur. Reliquos autem motus (qui nempe ſunt ad ſex locorum differentias,) *ſeparavit ab eo, & ab eorum errore, & pervagatione penitus liberavit. Ad hanc igitur converſionem, quæ pedibus non egebat, crura pedeſque non dedit.* Utque diverſarum 17.
ſpecierum animantibus diverſæ corporis figuræ à conditore Deo ſunt tributę, quæ nempe aptiſſimæ forent ad convenientes naturæ cuivis functiones exercendas; ita quoque Mundo, tum quoad eſſentiam illius, tum quoad functiones, maximè congrua ac decora figura data eſt. *Animal quippe hoc*, ut Plato habet, *quod intra ſuum ambitum erat animalia omnia contenturum, eam figuram præcipuè requirebat, in qua figuræ omnes continerentur. Quapropter ſphæricum fecit, in quo omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.* Hæc ergo Platonis, & cum eo univerſæ Antiquitatis, 18.
de Mundi fabrica ac compage, ipſaque Mundi Natura vel Anima, eſſentialem unitatem Mundo tribuente, ſententia eſt: cui neque refragatur ipſe Ariſt. (confer. diſp. noſtr. 2. de Mund. Opif.) Ex dictis autem manifeſtum eſt, quo modo formæ & eſſentiæ rerum naturalium quodammodò per omnem materiam diffuſæ ſint, & è potentia ejuſdem emergere dicantur: de qua re, ad pleniorem prædictorum intellectum, vid. Theatr. Nat. Univ. diſp. 7. q. 3. Cùm verò ita Solis, Lunæ, reliquorum Aſtrorum, ac Terrarum 19.
orbis, eſſentiæ ſpecificæ, (quà univerſalitatis quandam rationem in Univerſo habent,) plures ſubordinatas eſſentias complectantur, ac eminenter contineant, (veluti in humana eſſentia eminenter continetur ſenſitiva ac vegetativa,) inter quas & ipſæ procul dubio plantarum & animalium terreſtrium & aquatilium naturæ ſunt, quippe quæ reverà animantur, vegetantur, foventur, ac conſervantur naturaliter, ab illis immutabilibus Mundi corporibus; abſurdum utique foret cum nonnullis vel muſcam vel culicem Sole nobiliorem dicere, quòd illa animata dicantur corpora, hic carere animâ creditur. Ita certè abſurdum eſt, evanidum i- 20.
pſum corpus ſenſitivum hominis, ſeu animal humanum, totâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

illâ naturali compage Univerſi nobilius exiſtimare, atque hanc perpetuam ac incorruptibilem Mundi machinam illius gratiâ eſſe conditam exiſtimare; ac ita non ſatis inter mentem hominis ſeu intellectum, ac naturale ejus corpus, diſcernere. Quaſi verò abſolutus ille totius Univerſi ſeu omnium naturarum particularium, quæ ſunt in Univerſo, numerus, non ipſam quoq; ſenſitivam naturam humanam, velut numerum aliquem ſubordinatum contineret: quemadmodum denarius, & novenarium, & octonarium, & reliquos numeros inferiores, eminenter in ſe ipſo comprehendit; aut quemadmodum pentagonum, & ipſum tetra-
21. gonum & trigonum complectitur. Ex illa verò naturarum omnium convenientiſſima ſubordinatione, ac in unum eſſentialem quaſi numerum coadunatione, (in qua certâ ſerie, & ordine concinno, illa ſuprema totius Univerſi natura, vel eſſentia naturalis, quæ ejus Anima appellatur, omnia permeans, omnes naturarum unitates ſubordinatas continet,) viſibilis ille Univerſi & ſingularum ejus partium ordo reſultat. Hinc cùm in uno eodemque Cæli Expanſo, Sol, Luna, reliquaque Sidera hæreant, nullis ſuffulta columnis, nullis diſtenta machinis vel orbibus, ſuis librata *ponderibus*, (ut viſcera in animali corpore præternaturalem gravitatis ſenſum non inferunt, ſuis locis ſuſpenſa,) non tamen confluunt
22. in unum, nec in Terrarum orbem dilabuntur. Naturalis nimirum in naturali corpore cauſa à divina Providentia conſtituta eſt, cùm ſolus interim Deus operetur omnia in omnibus. Ab hac naturali cauſa eſt, quòd omnia conſtantiſſimè, etiam contra proprias inclinationes, in commune Univerſi bonum conſpirent, atque ita levia pondus habere; & quæ gravia ſunt, non niſi pro rata corporum convenientia, ac unione omnium, concinnâ ratione pon-
23. derare deprehendantur. Hæc ipſa naturalis cauſa *menſuram* certam omnium ac ſingulorum ſervat: ut eâ ratione Mundo, velut animato corpori per ſe *menſura* certa ac figura naturaliter conveniat: Inanimata enim quæ ſunt, ex propriæ eſſentiæ ſuæ ratione
24. menſuram certam nullam habent. Velut autem *numerus* non eſt inordinata quædam, vel ut fors tulit jacta, & digeſta modo qualicunque, rerum multitudo; ſed talis, quæ per intellectum ordinatè ſit ex unitatibus collecta, quæ adeò per ſe formalem rationem numeri non habet, ſed neceſſariò ab unitates colligente quodam
intellectu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

intellectu numerus evadit actu : Sic Mundus utique, collectione
naturarum certâ ſerie diſpoſitarum aggregatus, *numero* ſuo abſo-
lutus eſt, per intellectum partes varias in unam numeri eſſentiam
collectione redigentem. Hunc ſi quis Deum ipſum dicat, is ſim- 25.
pliciſsimum divini intellectus intuitum in cogitationum ſeriem
diducit, quaſi ab uno ad aliud progrediendo Deus cogitet & me-
ditetur ; & quaſi numerus in mente Dei ſimpliciſſima , ſimul o-
mnia comprehendente , nec affectionem ullam vel imaginem
ſuſcipiente rerum, locum obtinere poſſet. Nec verò ſuum *nume-* 26.
rum conſequitur hoc Univerſum ab intellectu aliquo abſtracto
hominum vel Angelorum , quippe quod per ſeſe eſt *in numero,*
pondere , & menſura conditum ; quod idem ſuum obtineret nu-
merum, ſi vel nulla aliorum ratio, de colligendis Mundi partibus
in unam ſummam, cogitâſſet. Proprio ergo intellectu Mundum
eſſe ordinatum ac in numerum digeſtum, omnino veriſimile vi-
detur : ut ita quoque Creatoris ſui pulchriorem aliquam imagi-
nem geſtaret; & à ſummo Bono crearetur optimus. Ineptè autem 27.
admodùm philoſophantur (quippe ad Theologiam per ſe planè
illa res non attinet , quæ nullis ex Scriptura teſtimoniis ſat evi-
dentibus probatur vel arguitur,) qui nullam aliam ob cauſam
Mundi Animam & Intellectum anathemate proſcribunt , niſi
quòd ex ſuo ſenſu fingant hiſce Dei Providentiam everti. Quaſi
verò circa id quod propriâ animâ atque intellectu regitur , non
vigeat divina Providentia; vel quaſi ideo quòd proprio intellectu
homines utantur in gerendis rebus , ac verè liberè id agant quod
per rationem agunt , rectè inferatur, nullum in humanis actioni-
bus habere locum Dei præſcientiam ac immutabile decretũ, nul-
lam in iis ac cum iis conſpirare Dei actionem. Certè, qui hoc mo- 28.
mo ratiocinantur, viderint illi, ne peſſimis hæreſibus nimis latam
viam ſternant, ac Adverſariorum, qui Eccleſiam deſeruêre , pro
virili foveant errores admodùm periculoſos. Longè quidem alia
ac melior vel Ethnici Platonis fuit ſenſus , longè melior illius ra-
tiocinatio. Is namque, utut Mundi animam eiuſque intellectum
doceat, unũ tamen Deum omnia, in ipſo etiam Mundi conſtituto
ordine, per ſuam Providentiam diſponere , & proprio nutu ſin-
gula vel minutiſsima adminiſtrare, ſæpius inculcat. Ac contra eos 29.
verò, qui cùm Deum eſſe quidem profitentur , eundem negant

N 2 tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tamen rerum humanarum curam gerere, lib.10.de Legibus prolixè diſputat. *An ille*, inquit, *ad quem operis alicujus effectio & cura maximè pertinet, magna in opere curabit, parva contemnet? Cum Medicus*, inquit, *totum corpus curare velit ac poſſit, ſi magnis providerit, parva neglexerit, felixne erit illius curationis ſucceſſus?* &c. *Caveamus autem*, inquit, *ne Deum mortalibus Opificibus viliorem putemus. Iſti ſanè quantò peritiores ſunt, tantò artis unius beneficio atq; adjumento, in his quidem operibus, quæ ad ſuam artem ſpectant, & parva ſimul & magna exquiſitiùs abſolutiúſque edunt: Deum autem, qui & ſapientiſſimus eſt, & de rebus ſuis curam gerere & vult & poteſt, exiſtimare de magnis tantùm rebus providere, rerum autem exiguarum, quarum facilior eſt cura, curam abjicere, velut ſupinum quendam & ignavum hominem, rerum ipſarum adminiſtrationem detrectantem, quàm longè à ratione re-
30. motum eſt!* Quamvis ergo Plato pro dignitate Dei, ac illius pulchritudine, fas neque eſſe neque fuiſſe pronunciet, Mundum ſine Anima condere, ac Animam ſine Intellectu, ipſumque totum Univerſum ſine naturis particularibus, propria ſua munia res viliſſimas uſque obeuntibus, ut adeò non quidvis ſolus ipſe Deus agat in naturæ conſtituto ordine; haud tamen ſupernaturalem Dei vel à minimis rebus excludit adminiſtrationem. Quippe verè Deus propriâ functione ac immediatè, at ratione ſupernaturali, omnia adminiſtrans, nonnulla per fortunam ſeu caſum, (ut vocant,) nonnulla per naturam, nonnulla per artem gubernat, (cùm nempe ipſæ rerum vires ponderantur,) ut idem Plato lib.4.
31. de Leg. haudquaquam ſibi contradicens, tradit. Ut autẽ propriâ ſuâ adminiſtratione Deus ſecundas cauſas, ac noſtras ipſorũ etiam actiones atque cogitationes, ritè & ſecundum vota noſtra velit dirigere, ſolicitis precibus à Deo contendendum paſsim ſuadet Plato: Unde in Philebo: *Precare & contemplare*, inquit. Ac ipſe lib.4.de Leg. ſuo exemplo multis etiam Chriſtianis, eorum quoque qui ſe Orthodoxos ſæpe nimis vano titulo jactant, prælucere poteſt: *Deum imprimis*, inquit, *ad Civitatis conſtitutionem invocemus: Qui utinam audiat, exaudienſque propitius & benignus nobis adveniat, unà nobiſcum Civitatem & Leges exornaturus.*
32. Similiter in Timæo, & alibi, ipſum *Deum adjutorem & diſputationis ſuæ ſervatorem* implorat. Sed ut de mente pia Platonis conſtet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſtet clariùs, quâ ratione ipſam Mundi Animam ejuſque Intellectum, cum omnibus quæ ſunt in toto Univerſo, divinæ Providentiæ, eique immediatæ, ſubjiciat, haud abs re erit verba Marſilii Fic. ex Compend. in Timæum, cap. 8. hîc recitare: *Univerſum à ſummo Deo habere omnia*, inquit, *& actionem & virtutem pariter, & eſſentiam, Platonici omnes abſque controverſia confitentur. Id enim à Platone ex omnibus ejus libris accipiunt. Audiunt & idem in Epiſtolis confirmantem. Ubi profectò ingenti cum myſterio tertios effectus in cauſam tertiam, ſecundos retulit in ſecundam,* CUNCTOS VERO IN UNAM OMNIUM CAUSAM. *Neque dixit primos effectus in primam cauſam reducendos: ne pronunciando duntaxat primos, ſuſpicaremur eos ſolos à Deo pendere; neve Deum nominando cauſam primam, ſuſpicaremur ipſum & eum cæteris cauſis in quodam genere convenire, & cum effectibus in quadam dominationis proprietate congruere. Itaque* CUNCTA *ab ipſo procedere* SIMUL *oſtendit: & ipſum interea ab omni procedentium communione eſſe penitus abſolutum.* &c. *Putat autem, quæcunque fiunt magis ab ipſo, quàm à cæteris cauſis dependere: ſiquidem ipſe in quovis opere & prius agit, & diutius, & vehementiùs, quàm reliquæ cauſæ: & reliquæ quicquid ſunt, eo faciente ſunt, & quicquid agunt, eo ducente agunt. Ut autē oſtenderet ſingula ab ipſo magis quàm ab aliis cauſis emanare, ter replicavit, ipſum omnium eſſe principium. Inquit enim, Circa omnium regem omnia: Item, Ejus gratiâ omnia: Rurſus, Ipſe omnium cauſa: Ut intelligeremus, & cuncta maximè inde oriri; & Deum eſſe cunctorum effectorem, & exemplar, & finem.* Hæc Platonis ac Platonicorum mens eſt: 33.
hac ratione circa Univerſi geneſin ac conſtitutionem antiqui illi Principes philoſophantur, ut ne vel minima quæque immediatæ Dei Providentiæ ſubducant. Sic ergo *Materiam à ſummo quidem bono eſſe*, inquiunt, ut habet ibid. Marſilius Ficin. cap. 9. *Ab intellectu verò formari, ab anima postremò moveri. Imò verò omnia hæc à primo: ſed eſſe à primo tantùm. Formari à primo per intellectum; moveri & movendo formari mobiliter, à primo per intellectum ſimul & animam.* Nec interim intellectum vel animam cum actionis 34.
genere vel modo, qui à primo vel in primo eſt, & à quo pendent omnia, ullâ ratione communicare credunt. *Perinde, ac ſi fingamus*

mus figulum quendam, qui manu propriâ lutum faciat, (ex nulla
præexiſtente materia,) *factum per rotam* (propriâ item manu
fabrefactam ex nihilo) *formet; formando ligneo quodam diſtin-
guat pectine* (ſimiliter ex nihilo à ſe formato) *ac figuret: Nemo
utique dixerit, vas à pectine atque rota magis fieri quàm à figulo,*
(quin imò, minùs rectè dicet, non à ſolo fieri figulo,) *quamvis
à figulo per rotam fiat & pectinem,* quæ certè modum actionis,
quæ in figulo eſt, haudquaquam imitantur vel attingunt: nec ve-
rò quiſquam dixerit, vim omnem figuli, ac propriam illius effica-
35. ciam, communicari quoque pectini ac rotæ. *Univerſum hoc ſi-
militer ab ipſo bono judicant per intellectum quendam animamque
Univerſi procedere. Meritò ab ipſo Mundum proximè fieri
maximè unum, ab ipſo bono maximè bonum.* In eo ergo Mundi
pulchritudo imprimis conſiſtit, quòd eſſentiæ propriæ unitate
diverſiſſimas naturas particulares ita conjunctas complectatur,
ut ex pluribus diverſiſſimis ordinatiſſimâ ſerie inter ſeſe cohæ-
rentibus, Mundus unus, ac per ſe unus, exiſtat, per intellectum
proprium Artificis imaginem longè elegantiori ratione repræ-
36. ſentans. Hæc in Mundo intellectualis quædam harmonia eſt, ac
συμφωνία rationi conſona, quam non auditus ſed animus dijudi-
cat, ex qua perfectio ac ſapientia Artificis agnoſcitur, qui tale or-
ganum pulcherrimum, quod penè omnem admirationem ſupe-
rat, conſtruxit. Hanc Muſicam qui rectè contemplatus fuerit ac
didicerit, is ipſemet angelicam ex pio corde συμφωνίαν accinet, &
ex divino opere Opificem ac Creatorem laudibus extollet ſempi-
37. ternis. Hæc vera demum Muſica, de qua Triſmeg. in Aſclepio:
*Muſicen noſſe nihil aliud eſt, niſi cunctarum rerum ordinem ſcire:
quæq; ratio divina ſortita eſt. Ordo enim rerum ſingularum in unum
omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melo divino
38. dulciſonum veriſſimumque conficit.* Hanc harmoniam Mundi Py-
thagoræi celebrarunt: de qua diximus diſcurſ. de Mund. Opif. d. 9.
q. 6. Otioſus profectò & inanis propemodùm Spectator erit Dei
operum, qui non aliam rerum Naturam animo complectitur,
quàm quæ vel ipſis ſenſibus eſt obvia; qui non aliam Mundi pul-
chritudinem agnoſcit, quam quæ ex quantitate corporum, fi-
gura, motu, ac diſtantiis ab invicem, aſpectui ſe exhibet: Qui a-
lium divini operis ornatum nullum concipit, quàm qui in ſen-
ſus, ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſus, ex æquo homini cum brutis animantibus communes, incidat, ab intervallis inter Mundi corpora interjectis, ac diſtantiarum quæ ad viſum attinent, proportione: is fortè ſeriò mirabitur, quid tandem cauſæ fuerit, cur non longè pulchriùs disjecta quaſi & inordinatè ſparſa Cæli corpora à Deo conditore ſint digeſta? is ſibi fortè longè elegantiùs Imagines Aſtrorum atque Schemata cæleſtia depinget; ac fortè facilè inveniet in Aſteriſmis, quod ipſemet concinniùs in ordinem diſponat ac emendet. Ad 39.
altiora ergo Dei myſteria in Univerſi fabrica humana ratio eſt erigenda, ut Dei gloriam ex ipſo Dei opere ſplendidiorem eruamus. Hinc viam aliquando, imitati Veteres in Philoſophicis, apertiorem atque expeditiorem quærere aggreſſi ſumus, non niſi pio & ad unam Dei gloriam intento animo: in quo per Dei opera diſcurſu, ſi ab exquiſita rerum veritate forſan aberravimus, haudquaquam aberravimus à Chriſtiani viri ſcopo unico. Nimi- 40.
um fortaſſe Dei gloriæ attribui, ut viſum eſt non nemini, dum nimis pulchrum Dei opus, quod à manu & ab ore Creatoris pendet unico, depinxi. At interim, ſi rationi locus ſupereſt, nec planè ſit emortua humanitas, pro culpa noſtra diluenda illud unum ex Timæo ſatis eſſe debet illi Viro, qui hactenus eſt magis à Natura comparatus, ut aliorum dicta improbet, quàm ut vel meliora ipſe præſtet, vel ſaltem ratione ſolidâ refellat alios: *Ne mireris, obſecro, ſi rationes de iis* (quæ ad inſignem atque admirandam Dei operis ſtructuram illam attinent,) *omnino probatiſſimas exactiſſimaſque afferre non poſſim. Satis enim factum putare debebis, ſi non minùs probabiles, quàm quivis alius, rationes attulerim. Æquum eſt, meminiſſe, & me qui diſſeram, & Vos qui judicabitis, homines eſſe: ut ſi probabilia dicantur, nihil ulterius requiratis.* Nondum meæ rationes hactenus, quod ſciam, refutatæ ſunt: 41.
ac ſi id fortè fieret aliquando, carerem æquè culpâ, ac ſi quis Dei gloriam decantaturus, abyſſo infinitâ fuerit obrutus. Quid autem mox futurum ſit de rationibus Theologi noſtri, quibus acriter in nos inſurgit, propediem videbimus. Sed utcunque tandem 42.
ſeſe Naturarum habeat in Univerſo aggregatio, ornata certè ipſamet ſtructura ac compages jure meritóque *Univerſo* κόσμε & *Mundi nomen dedit: vox enim utraque Munditiem & ornatum notat.* Sed cùm vocis *Univerſi* notio non ſit una ſemper & ubi-

que

que eadem , ὁμονυμία illa potiori jure diſtinguenda noſtro Theo-
logo fuiſſet , quàm ita ſcrupuloſè ratio etymi vocis *Mundi* ex-
ponenda, Quod hîc eſt prætermiſſum à Theologo , id olim eſt à
nobis factum in Diſcurſ. de Mund. Opif. diſp. 1. q. 2. De variis
autem *Mundi* ſignificationibus , ipſoque vocis etymo dictum
43. eſt ibid. quæſt. 1. *Vocem autem κόσμυ adoptat Scriptura , vocans
Creationem Univerſi καταβολὴν κόσμυ Fundationem Mundi. Matth.*
13. 35. *Ioh.* 1. 10. & 17. 24. 1. *Petr.* 1. 20. Quippe forſan non im-
meritò quis dixerit, primitivè voce κόσμυ denotari *Mundum*, ſi-
ve hoc *Univerſum* , indeque ad res quaſvis, quæ *ornatum* habent
ac *munditiem*, tranſlatum eſſe. Id ne à nobis fictum credat aliquis,
Autorem dabimus Autorem libri de Mundo. Is cap. 5. *Omne id
quod pulchrum eſt ab eo* (Mundo) *denominatur , & quod rectè ac
ordine conſtitutum eſt , ἀπὸ τῦ κόσμυ ab ipſo Mundo κεκοσμῆσθαι
concinnè ac pulchrè digeſtum eſſe*, Græcis *appellatur.*

MEDITATIO V.

*Aliàs Scriptura, vocis notione reſtrictiore , non totum Univerſum , ſed majo-
rem Mundi partem & molem, Cæli, Terræ , & Maris Opificium, à rebus com-
prehenſis diſtinctum , vocat Mundum , Act. 17. 24. nonnunquam etiam Ter-
ram ſolam, Matth. 26. 13. Ioh. 16. 28. Rurſus, nonnunquam per ſynecdochen
pro animalibus terræ, vel etiam pro ſolis hominibus, vel generaliùs, vel ſpecialiùs,
accipienda eſt vox Mundi. Rom. 3. 19. Ioh. 15. 19 & 17. 9. & 2. Cor. 5. 19.*

COMMENTARIUS.

Vidimus quo ſenſu *Mundi* vocabulum ſubinde pro adæquato
1. Phyſicæ Objecto ſumatur : *Aliàs Scriptura Vocis* Mundi *notione
reſtrictiore, non totum Univerſum, ſed majorem Mundi partem &
molem, Cæli, Terræ, ac Maris opificium , à rebus comprehenſis di-
ſtinctum , vocat Mundum. Act.* 17. 24. Nimirum, Aliquando
ſumitur Mundus viſibilis pro cæleſtibus corporibus , Terrarum
orbe, ac interfluo Expanſo; hoc eſt, pro corporibus quoad totum
immutabilibus , quæ quaſi immutabile Opificium divinæ artis
repræſentant, quæq; cætera corpora, quæ circa generationem ver-
ſantur, ſuo ambitu complectuntur: de hac ſignificatione vid. Diſc.
2. de Mund. Opif. diſp. 1. q. 1. § 5. 6. & q. 2. § 5. 6. Hoc ſenſu Mundum
ab iis quæ inſunt diſtinguit Triſmeg. in Dial. Aſclep. *Effector
Mundi Deus*, inquiens, *& eorum quæ inſunt omnium.* Eodem ſen-
ſu in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſu in Sacris indigitatur Mundus nomine Cæli, Terræ, Maris, ut à contentis diſtinguuntur. Exod. 20. 11. Hoc ſenſu Mundus Cæli nomine paſſim indigitatur apud Platonem in Timæo, & alibi, ac Ariſtotelem lib. 1. de Cælo t. 96. Eodem ſenſu de Cælo vel Mundo ſuos libros conſcripſit Ariſt. quo item noſter de Mundo Diſcurſ. Phyſicus eſt inſtitutus. Conveniens equidem hoc eſt Objectum 3.
Phyſices, ſeu naturalis Philoſophiæ: non quidem adæquatum ſeu totum; ſed quod priorem Phyſicæ ſpecialis partem conſtituat: quod licet ex ſingularibus ſeu individuis conſtet corporibus, ſpeciei tamen naturam illa obtinent, ideo quòd ſint perpetua & immutabilia: ac poteſt equidem ſpecies ſeu natura aliqua particularis etiam in individuo repræſentari, quòd inter individua non intercedat diſcrimen eſſentiale, ſed eſſentiarum tantùm. Hæc autem 4.
ſingularum naturarum, (ut Meditat. præced. appellabat Theologus,) ſeu potiùs Individuorum incorruptibilium, quà interim *à particulari* aut ſpecifica *natura* pendentium, omnino concinna aggregatio eſt, ac in convenientiſſimum ordinem diſpoſitio, ut verè per illam *ornata ſtructura ac compages Univerſi* queat appellari: quamvis ornatus & elegantiæ complementum non mediocre accedat à naturis reliquis, in illa compage contentis, ut diſp. 1. de Mund. q. 2. § 6. expoſuimus. *Nonnunquam ſolam Terram* notat 5.
Scriptura voce Mundi, Matth. 26. 13. Joh. 16. 28. Hæc vocis Mundi ſignificatio pro *Terrarum orbe* ſecunda fuit à nobis attributa ſacris Scriptoribus, Diſcurſ. de Mund. Opif. d. 1. q. 1. § 2. *Rurſus nonnunquam, per ſynecdochen, pro animalibus terræ, vel etiam pro ſolis hominibus, vel generaliùs vel ſpecialiùs, accipienda eſt vox Mundi*. Quam quidem vocis Mundi appellationem ſecundã feci- 6.
mus Philoſophis cit. loc. § 4. Mira autem hæc Theologi noſtri ſynecdoche videri forſan poteſt. Nos aliam appellationis rationem ex Ariſtotele 8. phyſ. cap. 2. t. 17. adduximus, à Metaphora deſumptam: quòd nempe & parvus Mundus (animal quodvis) & Magnus Mundus, ſimili modo moveantur naturaliter à ſe, & non ab eo quod extra eſt: Quæ quidem ratio generalis eſſe poteſt: At interim in ſpecie hominem diximus cit. loc. κατ' ἐξοχὴν præ cæteris animalibus eo nomine indigitari, variis de cauſis, pro quibus cognoſcendis Lectorem remiſimus ad Piccol. lib. de Mund. cap. 7.
1. Ubi rationes redduntur, cur homo, qui nuncupatur *Mundi imago*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

mago, *Mundorumque omnium Epilogus & hymeneus*, (hoc eſt, unà cum Mundo majore Dei imago quaſi in compendium redacta, corpoream & intellectualem naturam comprehendens,) cur ille, maximè mereatur præ cæteris animalibus nomine parvi Mundi honeſtari? Primò, quia eſt animal rationale & liberè ſe movens. Secundò, quia partem aliquo modo includit omnium quæ in Univerſo (vocabulo Univerſi accepto pro omni Dei Creatura, viſibili & inviſibili,) reperiuntur, cùm mortalium, tum æternorum: ob quam cauſam valet omnem vitam vivere. Tum & illa ratio additur: quod aptus ſit homo per intellectum fieri omnia, munere, cujus dici queat omnia per imitationem. Sed hiſce variis Mundi appellationibus, quæ minùs faciunt ad noſtrum inſtitutum, prætermiſsis impræſentiarum: ſpectemus ipſum Mundum, qui ex omnium naturarum complexu & unione coagmentatus eſt.

MEDITATIO VI.

Mundus *ille, quatenus per aggregationem unitus, unum quid cenſetur: adeóque dicitur* Vnus *à Deo Mundus Creatus non plures : & quidem Dei liberrimâ voluntate, qui ſimiles millies mille Mundos creare potuit infinitate potentiæ ſuæ.*

COMMENTARIUS.

1. *Mundus ille, quatenus per aggregationem unitus, unum quid cenſetur*, vulgò; quatenus autem per unam formam ſubſtantialem conſtitutus, reverà *unus* eſt *per ſe*. *Adeóque dicitur* Unus *à Deo Mundus creatus, non plures*. Equidem, ut Terrarum orbis ſpeciatim Mundus in majori Mundo appellatur, (quòd jam antè ex divina pagina eſt proditum,) ita ſimili ratione quælibet Stella in vaſto æthere Mundus quidam ſingularis appellari poteſt: ac peculiares quilibet in vaſto cælo vortices, ſpeciali quadam ratione
2. ſingulares Mundi poſſunt nuncupari. Ita ſublunaris Mundus eſt, in quo rotatur ipſa quoque Luna; Solaris in quo volvuntur ſaltem Venus & Mercurius; Jovialis Mundus, in quo circa Jovem oberrantes ſtellæ; Mundus Saturninus, in quo Saturni Satellites gyrantur. At unus tamen Mundus eſt ex iis omnibus coagmentatus: Expanſo vel æthere ſic inter omnia Mundi corpora diffuſo
3. atque commeante, ut nulla pars totius ſit à cæteris divulſa. Hæc quidem partium totius Univerſi aggregatio *liberrimâ Dei voluntate*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

luntate facta eſt, quippe cùm liberrimâ ejuſdem voluntate ipſe Mundus abſolutè ſit creatus, ut à nobis demonſtratum eſt Theatr. Nat. Univ. part. 4. q. 4. Poſit. VI. At interim, ne ſomniare quidem licet plures quaſi pilas, nullo connectente atque inter omnes commeante corpore, in vacuo, quod dicitur, disjectas, ac ſpaciis inanibus intercedentibus ab invicem divulſas. Eſt enim vacuum in ſeſe 4.
ita comparatum, ut cùm notione entis, ejuſdem ſimul contradictionem implicet, (ac ſi quis hominem intelligenti animâ carentem diceret,) adeóque nullâ notione verâ queat concipi: quippe foret aliqua dimenſio, ſecundùm longum latum & profundum, abſque omni penitus ſubjecto, quæ non magis intellectu poteſt concipi, quàm corpus ſine quantitate. Sic ergò, quamvis omnino 5.
Deus Opt. Max. qui liberrimâ voluntate ſua fecit omnia, pro æterno & abſolutè libero decreto ſuo, ſi quidem voluiſſet, *ſimiles millies mille Mundos*, quales unus ab eo conſtitutus, *creare potuiſſet* infinitate potentiæ ſuæ; haud potuiſſent tamen illi Mundi eſſe ita penitus ab invicem divulſi, ut interjectis ſpatiis vacuis diſcreti forent concipiendi: ſed, quantum ratione quidem capimus, omnino aliquo expanſo ſive æthere, aut cælorum cælo ſaltem inter eos commeante, & ejus quòd pro vacuo habetur dimenſionem trinam ſuſtinente, forent ſociati. Sic ergò potuiſſent equidem 6.
vel millies millena millia Mundorum uno Dei verbo eſſe condita, ac ſolâ aggregatione inter ſeſe cohærere, carentes univerſim quidem unitate aliquâ eſſentiali, velut præſens quoque Mundus tali ratione potuiſſet eſſe in ſtructuram unam aliquam ex mera aggregatione partium congeſtus. At quando cum potentia divina 7.
illius bonitatem ſimul jungimus, hæc per illius ſapientiam ſuggeſcit voluntati liberæ concinniorem ordinem ac fabricam. Bonitate namque Dei factum eſt, ut, cùm ab eo livor eſſet alieniſſimus, omnia ſibi, quantum ratio ferebat creaturæ, ſimillima fieri ipſemet voluerit. Sicut ergo ipſe Artifex, qui ſua eſt ipſius infinita Bonitas ac Sapientia, eſt ipſa quoque ac eſſentialis Unitas; ſic Mundum quoque verâ ac eſſentiali unitate Optimum liberrimè effecit. Nec verò mirum, illum Deum, quem eſt impoſſibile effi- 8.
cere quod malum eſt, liberrimè interea efficere quod bonum eſt, quin imò optimum, in ipſa quoque Mundi creatura; cùm ipſum illud opus non dependeat à neceſſaria eſſentia & exiſtentia Opifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

cis,ſed potuerit pro arbitrio id condere vel non condere,potuerit etiam aliâ vel aliâ ratione adornare æquè pulchrâ & eleganti. Ut ergo Dei bonitas eſt ipſa Dei unitas ; ſic bonitatem Mundi ejus unitas eſſentialis, pro divino beneplacito, quo ſemper optimum intendit, comitatur. Quâ quidem ratione, cùm Mundus hic in cæteris,quoad in creaturam cadit, Mundum idealem ac divinum intellectum referat, ut liceat divinum quaſi vultum ut in ſpeculo hîc contueri ; omnino etiam in ipſa unitate omnium effectrice atque ſervatrice repræſentat illum , ut Architecti unius unum ſit opus. (De hac autem Mundi unitate pluribus in Diſcurſ. de
9. Mund. Opificio diſp. 12. q. 3. diſſeruimus.) Nec verò eſt,quòd quis exiſtimet, per illam bonitatem Dei voluntatis libertatem eſſe imminutam , quippe cùm divina bonitas ſit ipſa quoque Dei liberrima voluntas,ab intellectu ejus,quo omnia *valdè bona* vidit à ſe facta, non diverſa. Nec magis mirum quis exiſtimare debet, quòd, cùm Deus liberè voluerit Mundum condere , non voluerit interim vel minimum quodcunque , quod ad ornatum ac perfectionem eſſentialem ejus attineret, intermittere; quàm mirum aliquis exiſtimet, ne quidem ab artifice humano, qui operi eximio intentus eſt, quo ſuam probet artem,aliquid deformitatis aut quod minùs ſit concinnum , per voluntatem ejus propriam immiſceri , dum nihilominùs pro libertate ſuæ voluntatis ſuum
10. opus facere cenſetur. Sic ergo,ſi vel etiamnum vellet Opifex totiusUniverſi,plures ac in infinitũ plures Mundos huic ſimiles creare, omnes tamen inter ſeſe, (prout ratio probabilis perſuadet,) ordine concinno , atque naturarum cohærentiâ , pulcherrimè connecteret; ac ut in Mundo hoc præſenti factum eſt, per omnes imperfectionum gradus ad unum tandem aliquod perfectum atque bonum abſolutè, univerſum opus promoveret: Cùm minùs deceat divinam bonitatem infinitam, velle opus ſuum minùs pulchrum relinquere ; quàm decet bonum ac prudentem Civitatis conditorem, licet vel pro libertate ſuæ voluntatis civitatem condat,velle ſuâ ſponte quippiam negligere,quod ad ornatum atque decus Civitatis attineret,ſi quidem æquè id per civium conditio-
11. nem fieri poſſet. Nec illud quoque magis mirum eſt, non poſſe ſpatiis interjectis vacuis plures condi Mundos,quàm in hocMundo alium,manente hujus univerſâ corporeitate & extenſione unâ

eâdemque:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

eâdemque: quippe cùm non magis abſque omni corporeo ſubjecto queat eſſe corporis dimenſio, quàm hæc duorum corporum queat eſſe una atque eadem, ſeu dari penetratio dimenſionum. Quamvis ergo Deus vel in infinitum ſemper opus ſuum majus atque majus poteſt facere, ac novum ſemper atque novum operi ornatum addere; haud intermiſit tamen quicquam omnium eorum, quæ ad unius operis jam conſtituti integram perfectionem attinerent; nec verò pateretur ipſa veri entis contradictio abſurditatem tantam plurium Mundorum, mero inter eos commeante vacuo. Convenientius ergo quis exiſtimabit, ſi, quotcunque tandem orbes ſeparatim conditos exiſtere, vel novè condi fingat, per vacuum immenſum variè diſparſos, tot Sphæras cogitet potiùs intra Sphæras alias, & omnes tandem in majori quadam Sphæra comprehenſas, ut ita Sphæra quælibet in Mundo Mundus ſit, Univerſumque denuò opus unum ſit, ita partibus ad invicem convenienti ratione ordinatis, ut nihil vacuum, vel ordinis eſſentialis, atque unionis ad eſſentiam ſpectantis, expers reperiatur. Sic verò in condendo hoc præſenti Mundo illam rationem iniit divina Providentia, ut, cùm cæleſtes Sphæras vellet ordinare, Expanſum priùs fieri Dei Sapientia juberet, in quo plures illi orbes ſeu plures Mundi ſuis ſedibus ac locis commodiſsimè diſponerentur. Sic Deus eam rationem ſemper init, quæ eſt optima: nec magis tentat ea quæ in notione ſua contradictionem implicant, quàm tentat ex potente ſemetipſum impotentem reddere: Reverà enim, duo ſimul contradictoria affingere potentiæ divinæ, eſt Deo impotentiam tribuere; & in appoſito oppoſitum concipere, ſeu verum ens negatione veritatis propriæ evertere, ac interim utrumque Dei potentiæ ſubjicere, eſt ipſam Dei potentiam conceptu proprio illudere, eamque cogitare irritam.

(12. and 13. in right margin at lines "que tandem orbes…" and "riatur. Sic verò…")

MEDITATIO VII.

Veritati iſti de liberrimè uno Mundo creato non pluribus, videntur præjudicium creare, qui in Mundi unitate urgent Imaginem ſenſilem inſenſilis Dei qui ipſum unum eſt. *Quam imaginariam imaginem unitatis Dei, quia intelligunt fundari non poſſe in unitione partium Mundi per aggregationem, ſomniant* Mundum verè Vnum eſſe, ut Animâ unâ informatum magnum Animal, quæ Anima tot diverſarum naturarum partes ſociabili nexu colliget, non ſecus atque animal quodvis beneficio Animæ unum exiſtit;

COMMENTARIUS.

1. Sed contra prædictam hujus Mundi unitatem eſſentialem, adeóque contra Mundi Animam & Intellectum ferro quaſi & igne tandem incipit inſurgere Theologus; ac contra eandem, quaſi hîc pro aris atque focis dimicandum, aciem diſponit. Verè quaſi hîc Religionis Chriſtianæ vertex eſſet; quaſi fides ipſamet ſalvifica ab hoc Articulo penderet: At de quo tamen in Scriptura S. ita altum eſt ſilentium, ut niſi quid pro Mundi Anima corroboranda potiùs quandoque in eadem offeratur, nihil certè ullibi ſit prodi-
2. tum, quod vel ad ſpeciem repugnet Animæ Mundanæ. Quam ideo non ſacris armis, non Scripturæ locis evidentibus Theologus aggreditur; ſed ſolùm machinis quibuſdam, ſui cerebri ſolertiâ ſat ſpecioſè fabrefactis, at conſequentiarum quadam ſerie, non niſi ratione debili cùm fundamento rei cohærentium, adductis è longinquo, ſubvertere conatur: Eæ autem ubicunque fortè in judicium ſolidius impingunt, ſuâ ſponte diſſolvuntur. Sic novas penè vires Mundi anima acquirit; & quæ jam olim ſuâ ſponte cedere incipiebat, ne cui fortè offendicula præberet, aut inſultui cuicunque tandem ſe debilior exponeret, nunc penè animum reſumit, dum robur ſui Adverſarii obſervat adeò languidum, ut pe-
3. nè proprio impetu ex nimiâ inquietudine ſit enervatum. Quòd ſi fortaſſe plures ſimiles conatus irritos obſervet in poſterum, in ſuas latebras regreſſa dudum Mundi anima, prodibit tandem palam, ac nullo etiam negotio pericula quæcunque evitabit. Sed deliteſcat illa, nobis etiam ultro ſuadentibus: ac interim in ſinu rideat
4. Adverſarii conatus admodùm inanes. Ad noſtram rem quòd attinet: haud nobis equidem pro Mundi Anima certamen ullum aggredi eſt animus; nec aliorum hîc opinioni ullum præjudicium ponemus. Id etiam, ſi lubet, etiamnum ultro in gratiam aliorum, ſecus ſentientium, præſupponemus, rationes noſtras pro illa Mundi Anima haudquaquam eſſe ſatis validas, nedum verò exactiſſimas: quin imò, præjudicii tollendi causâ, proprio etiam animo, ſi fieri queat, perſuadebimus, nil niſi commentitios humani cerebri conceptus eſſe, quicquid unquam de Mundana Anima & Intellectu ejus fuit proditum. Et ut uno dicam verbo, judicio alio-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

rum quicquid eſt de hoc negotio, ſubmittam univerſum. At meæ 5.
interim famæ ac Religionis intereſſe puto, conſequentias periculoſas, quas ſine ratione nectit Theologicus Profeſſor, per rationes evidentes removere; & impietates illas, quas ipſe Mundi Animæ aſpergere conatur, à noſtro ſaltem animo arcere. Imprimis autem de Religione orthodoxa optimè merebor eo ipſo, ſi demonſtrem, (ab ipſa Mundi Anima, vel abſurdiſſima, ut ſaltem noſtro Theologo videtur, deſumpto argumento,) quàm planè temerarium ſit & ineptum, quicquid in Theologia extra Scripturam agitatur, quicquid ſine claris atque evidentibus Scripturæ teſtimoniis de re obſcura in utramvis partem definitur. Quod olim con- 6.
tra Adverſarios noſtros, ac veræ Religionis hoſtes infenſiſſimos, ex Auguſtini teſtimonio Calvinus inferebat in Præfat. ad Inſtit. id denuo reipsâ tandem experiantur ii quoque proprio inſtituto, qui ludibrio exponunt paſsim inimicis Religionem orthodoxam, dum quidvis Religione ponderantes, Religionem ipſam ſuſque deque habent; & dum futilibus ineptiis per Religionis argumenta pondus addere laborant, Religionis verum pondus minuunt, ac doctrinæ θεοπνεύστου robur integrum enervant ac diſſolvunt.
Quàm futile ac penè ſtolidum omnino ſit per conſequentiarum 7.
nexus quæſtionem quamvis, fortè dubiam, ad Theologicum examen revocare, ex noſtri Theologi ineptis ratiocinationibus meridianâ luce magis fiet manifeſtum: Ac ſimul eâ operâ patebit, quàm lubrico ponantur loco fundamenta fidei ab ipſomet Theologo; quot cavillis Adverſariorum; (velut in immotam rupem impingentium, dum ſolo fundamento nitimur Scripturæ,) exponatur à Theologo Religio, qui conſequentias utcunque & quâcunque ratione conquiſitas fundamento ſolido adjungit, quibus niti putet ipſas etiam Religionis noſtræ baſes. Ac judicabunt in- 8.
terim cordatiores, quid meritò de Religione noſtra Extranei ſentire tandem poſſent, ac per conſequentias inferre, ſi ille Theologica tractandi modus, ſit probandus, quem ſectatur paſſim noſter Aquila, ſublimiùs ſe efferens per ſuas conſequentias, quàm quò nos Spiritus S. manu ducere inſtituit. Quæ ſcandala non committuntur, quæ non opprobria in Religionem concitantur, dum Adverſariis jam dudum perſuaderi incipit & innoteſcere, per inſtituta frivola Theologi, exactam illam fidem noſtram,

quâ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

quâ ſemper ſtetimus immobiles, ab unico immoto fundamento verbi divini revocatam, niti tandem baſibus ac fundamentis ab humano cerebro pendentibus, ac ratiocinationum conſequentiis tueri tandem ſuum robur ac ſoliditatem, quas nullo etiam negotio ſubverti poſſe vel everti ipſa loquitur inepta ni-
9. mis ratiocinatio. Ut ergo ſciant noſtri Adverſarii, id ratiocinandi genus non Theologiæ noſtræ eſſe, ſed Morologiæ ac Kenologiæ hominis privati; non Religionis, ſed ineptæ rationis; nec adeò ad Cavillationes ſibi ſumant anſam, ultro ipſi à Theologia vera illam noſtri Doctoris ματαιολογίαν removebimus: & argumenta ejus contra Mundi Animam, non niſi aliquo prætextu Theologico inani circumtecta, in apertum dabimus, nudaque exponemus,
10. ac impietates ex Mundana Anima confictas diluemus. Ac primùm quidem, *Veritati iſti*, inquit, *de liberrimè uno Mundo creato, non pluribus, videntur præjudicium creare, qui in Mundi Unitate urgent Imaginem ſenſilem inſenſilis Dei, qui ipſum unum eſt.* Ut fiat manifeſtius, quò verba hæc colliment: ita quidem dictum eſt à nobis in Theatr. Nat. Univ. part. 1. diſp. 3. q. 1. § 21. *Cum Mundus proximè à Deo pendeat,* (hîc ſaltem didiciſſe & amplecti debuiſſet Obſervator noſtram mentem, quâ Deo in creando atque conſervando Mundo nullum planè ſocium aut adminiſtrum tribuimus, ſecus atque nobis per injuriam tentavit iterum affingere Sect. præced. Medit. 12. 13.) *& imago ſenſilis inſenſilis Dei vocetur, imaginem certè Dei, qui ipſum unum eſt, non niſi unus ſit repræſentare poteſt: non autem verè unus eſſet, niſi animâ unâ eſſet informatus, quæ tot diverſarum naturarum partes ſociabili nexu colligaret, non ſecus atque animal quodvis beneficio animæ unum exiſtit. Hinc Mundus animal magnum dicitur, in Timæo, &c. Et vice verſâ, homo & animal quodvis dicitur Mundus parvus.* &c.
11. Mirum ſibi Theologus creat ex nihilo conceptum, ipſo nihilo magis inanem, quando ex unitate Mundi, quâ unius inviſibilis Dei imago quædam ſenſibilis repræſentetur, urget præjudicium creari, de liberrimè uno Mundo creato. Quaſi verò ex eo, quòd homo, qui eſt unus, (dico per ſe unus, ſeu eſſentialiter unus, non per ſolam partium aggregationem,) dicatur à Deo ad imaginem ipſius Dei conditus, præjudicium creetur de *liberrimè* condito homine per ſe uno: quin imò, quaſi ex pluribus à Deo conditis

ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ac porrò per generationem productis hominibus illa in ſingulis unitas eſſentialis pereat, ac divinitatis expreſſa imago aboleatur. Certè ita ſtatuimus Mundum per ſe unum ac eſſentialiter unum 12.
à Deo liberrimè eſſe conditum, ut illa unitas non magis libertati divinæ voluntatis modum aliquem præfigat, de condendis Mundis pluribus, præſenti huic ſimilibus, ac ſimiliter per ſe unis, quàm determinat eandem Dei libertatem ipſa Mundi unitas per ſolam aggregationem. Sed, (quæ eſt cauſa in Theologo ineptæ ratiocinationis,) *unum per ſe* cum eo quod *numero unum* dicunt, hoc eſt, ipſum *unum* cum *unico* turpiter confundit Theologus: Quæ duo dum diſtinguimus, exiſtimamus utique, ſi vel numero plures conderentur Mundi, ſingulos tamen per ſe *unitatem* propriam habituros. *Certè, ſi in infinitum plures Mundos unus ille* 13.
Deus decreviſſet facere, id utique in ejus, qui eſt actu infinitus, poteſtate fore, contra Ariſt. intulimus Diſc. de Mund. Opif. diſp. 12. q. 3. § 3. At equidem interea, ſi vel plures Mundos Deus decreviſſet condere, divinæ bonitati conſentaneum exiſtimamus, (liceat pro captu rationis noſtræ divinam gloriam extollere in rebus quoq; philoſophicis ac dubiis, ad quas Theologus nos extra Scripturam provocat, de quibus nihil certi eſt determinatum in Scriptura,) fore ut & decreviſſet ſimul omnes illos novos cum præſenti jungere in unum: ob rationes Comment. præced. pluribus expoſitas. Nempe, voluntatis Dei libertatem circa totum 14.
hoc negotium abſolutam, ac Potentiam illius inexhauſtam, pleno ore profitemur: at bonitatem Dei, quâ velit ipſe totum Opificium pulcherrimum creare, à Potentia divina ac ejuſdem libertate voluntatis nullibi ſejungimus: utramque pari paſſu ambulare congruum exiſtimamus, quin imò aliter non poſſe fieri judicamus, cùm Dei Potentia ac liberrima Voluntas, ſint in ipſo Deo ipſa Dei Bonitas. Ac velut impoſſibile eſt mentiri Deum, hoc eſt, à ſua Veritate declinare; ita impoſſibile eſt, eundem ab eſſentiali ſuâ Bonitate vel tantillum ſe abducere: ac adeò abſurdum judicamus, ut, ſi velit velle Dominus, qui ipſum Bonum eſt, non ſimul velit velle optimum. Id ergo quod 15.
hîc rationi maximè probabile videtur, veritati convenire maximè ſentimus, donec aliqua Scripturæ S. Autoritas, ſine qua Theologus Theologi perſonam exuit, à ratione propria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

nos arceat, & rationi noſtræ ac divinæ bonitati modum hîc præfigat. Sed cùm de Conſtitutione Mundi plura non exponat ſ. Pagina, quam omnia eſſe *valde bona*, nil utique per rationem noſtram nimium divinæ gloriæ tribuimus, dum Dei bonitatem etiam eodem gradu quo Potentiam extollimus: Certè quæ cum infinita Dei eſſentia eſt una atque eadem, haud facilè in nimium finitâ noſtrâ ratione extendetur. Quo autem ſubtiliſſimi ingenii judicio, vel fortè ſ. Paginæ autoritate, Dei bonitas ab aliis imminuatur, ac intra captum noſtri intellectus redigatur, dum concipitur adverſa libertati voluntatis, id ipſi pleniùs excutiant: & ſi quid operæ pretium invenerint, nos quo-
16. que novis Meditationibus erudiant exactiùs. Sed addit porrò D. Theologus: *Quam imaginariam imaginem unitatis Dei, quia intelligunt fundari non poſſe in unitione partium Mundi per aggregationem; ſomniant Mundum verè Unum eſſe, ut Animâ unâ informatum magnum Animal, quæ Anima tot diverſarum naturarum partes ſociabili nexu colliget; non ſecus atque animal quodvis*
17. *beneficio Animæ unum exiſtit.* Mundum hunc à nobis antea expoſitum *imaginariam* imaginem unitatis Dei vocat Theologus. In ſola nempe imaginatione ipſemet ſubſiſtit, nec ultra ſenſus aſſurgit intellectu: Nihil concipit in hoc illuſtri Theatro Univerſi, niſi quod externis etiam ſenſibus ſit manifeſtum, ac adeò per ſpecies ſenſatas phantaſiæ ſeu imaginationi offeratur: quod fortè bruta etiam animantia conciperent: Ac ita rationem ab imaginatione non diſcernit, dum ipſe rationis uſum negligit in ſua ratio-
18. cinatione. *Imaginatio* non habet quicquam niſi quod à ſenſibus oblatum eſt, ſive id conjunctim ſive id diviſim aſſumatur: At in Mundo etiam ea adinvenimus, quæ Theologi noſtri phantaſia non admittit, nimirum animam & intellectum: Ratione ergo uſi ſimus eſt neceſſe, non *imaginatione* tantùm: licet ſanè ratio in rebus maximis, ac longiùs à ſenſibus remotis, admodùm ſit ardua, ac multæ ceſpitationi ſit obnoxia. Hîc ergo fieri potuit, ut labile judicium, quod nobis eſt commune cum reliquis hominibus, fortaſſe cæſpitaverit: dum, ut à magno magnum, ſic & à pulchro artifice pulcherrimum, ab ipſa bonitate optimum, ab unitate per ſe unum, conditum hoc Univerſum judicavimus: At frui ſolo
19. ſenſu alteri, cui ita dudum placuit, commune ſit cum brutis. Certè non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

non in ſolo ſenſu ſubſtitêre Ethnici antiqui, qui vel teſte ipſomet
Apoſtolo, Rom. 1. v. 20. 21. omne quod de Deo potuit cognoſci
manifeſtum habent ex divinitatis illo ſpeculo & imagine viſibili,
quod Mundum appellamus: Namque, ut ibidem eſt, *Inviſibilia
Dei* τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται *ex iis quæ facta ſunt* MENTE
DEPREHENSA *pervidentur*. Plura certè perviderunt illi Sa-
pientes Ethnicorum, quàm quæ à ſenſibus ſuppeditata ſunt: licet
ſtulti facti ſint in eo, quòd cùm Deum unicum cognoverint, ta-
men non glorificaverint; ſed à Creatore ad Creaturam ſe conver-
tentes, vani facti ſint in ratiocinationibus ſuis, ac coluerint res
conditas neglecto Creatore. Quippe mutârunt gloriam incor- 20.
ruptibilis Dei in ſimulachrum imaginis corruptibilis hominis, &
volucrium, & quadrupedum, & reptilium. Hoc reprehendit uni-
cum Apoſtolus, quòd illum Deum Ethnici, quem rectiùs co-
gnoverant ex operibus, non rectiùs coluerint: at interim, per i-
pſam veri Dei notitiam quam ex divino opere habuerunt, im-
pietatis erga Deum, atque injuſtitiæ, quâ veritatem detinuerint
injuſtè, eos arguit: Adeóque minimè *imaginariam* quandam de
ipſa Dei Creatura notitiam in iis reprehendit, aut figmenta quæ-
dam proprii in iis cerebri perſtringit; ſed non obſcurè probat il-
lam circa Dei opera cognitionem, quam mente apprehenderat,
& quâ τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ ex Creatura Dei viſibili amplexi erant. At 21.
interim Philoſophi Antiquitatis univerſæ omnes Mundum ani-
matum crediderunt, ut oſtendimus Diſcurſ. de Mund. Opif.
diſp. 2. q. 2. ac per ipſam Mundi animam in pleniorem ac diffu-
ſiorem Dei notitiam ſe extulerunt: quos certè eo nomine Apo-
ſtolus nequaquaquam verbulo perſtrinxit. Sed fortè diſplicet 22.
Theologo noſtro illa Dei, quam vocavimus, *imago*: Cui, ne quid
ſequius opinioni hæreat, hoc lucis causâ exponemus. Equidem
Imago Dei etiam vocatur ipſe Dei filius, Col. 1. 15. 2. Cor. 4. 4.
Splendor gloriæ & *character perſonæ illius*, Heb. 1. 3. Sed hæc imago
Dei eſſentialis eſt, non facta, non creata; ſed ipſe primogenitus
eſt omnis rei creatæ: per quem condita ſunt omnia, quæ in cælis
ſunt, & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia, & throni, & domina-
tus, & imperia, & poteſtates: ipſe ante omnia eſt, & omnia per
eum ſubſiſtunt, Col. 1. 16. 17. Hæc Dei imago, ipſa eſt ſecunda
ſ. ſ. Trinitatis Perſona, humanæ naturæ in Salvatore noſtro Jeſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Chriſto perſonaliter, at modo ſupernaturali, incomprehenſibili, unita: quam viſibili Mundo nunquam aſſignavi. Alio autem ſenſu
23. *Dei imago* ipſe homo dicitur. 1. Cor. 11. 7. qui conditus dicitur *in imagine Dei*, vel *ad imaginem Dei*, Gen. 1. verſ. 27. Hæc expreſſa quædam Dei imago eſt, quæ non in corpore organico quærenda eſt, ſed primariò in ipſa rationali anima: unde toti homini, ob unionem perſonalem, quæ hîc naturalis eſt, communicatur: fuitque illa antè lapſum elegantior ac illuſtrior in innocentia, ſanctitate, & gloria; poſt lapſum verò vel in ſola vita ac ratione
24. utcunque refulget. In tali ſaltem vita ac ratione imaginem Dei Mundo etiam communicatam eſſe rationi conſentaneum exiſtimavimus: De dotibus autem ſupernaturalibus, vel tributis, vel ſervatis, vel amiſſis, nihil ex naturæ lumine vel aſſeruimus, vel inveſtigavimus: quippe cùm id rationi minimè ſubjectum ſit, nec Philoſophicæ conſiderationis ſit; nec ad ſalutem noſtram quicquam conferat; ac ipſamet Scriptura ſacra ſit parcior in altioribus myſteriis aperiendis, humanæ captum rationis ſuperantibus, quæ
25. ad ſalutem hominis non attinent. Hinc neque Dei imaginis in ipſis Angelis Scriptura ullibi expreſsè facit mentionem: quos tamen ad imaginem Dei eſſe conditos, quicquid alii hîc ſentiunt, non ſine validiſsima ratione colligit Calvinus lib. 1. Inſt. cap. 15. § 3. & lib. 2. cap. 12. § 6. aliique. Et quid de ortu tandem Angelorum; quid de lapſu eorundem Dei verbum nobis clarè tradit? Nunquid ullibi Catalogus vel numerus eorum eſt exhibitus, qui
26. vel à ſua ſanctitate defecerunt, vel in ea perſtiterunt? Quòd ſi autem adeò in hiſce parca & obſcura ſit, divinitus in Dei verbo expreſſa nobis ſapientia, (quòd nempe ſatis ſit in ſe intentum eſſe hominem, ac Deo duce atque adjutore illud agere, quo Dei imaginem in ſeſe ipſo reparet, ac denuò illuſtriorem reddat,) ſi adeò nil penitus in hiſce nobis revelatum videatur, ut multi auſint Dei imaginem in Angelis negare; quid, quæſo, mirum eſt, ſi altum quoq; de Mundana conſtitutione in Scriptura S. ſit ſilentium: quod tamen rationem interim humanam circa Mundum non ſuſpendit, quò minùs liceat Philoſophis hæc viſibilia Dei opera non ſolùm ſenſibus, ſed altiore mente perluſtrare, ac inviſibilis Dei ex viſibili illius Creatura gloriam profundiùs inveſtigare; ſed tantùm citra ea illos continet, quæ intellectui humano, viribus nativis, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

non ſunt pervia, nec ad ſalutem neceſſaria exiſtunt. Omnino au- 27.
tem, hîc mirari eſt neceſſe ſcrupuloſitatem ac argutas captiuncu-
las illorum hominum, qui ſi quis Mundum animatum dicat ac
ornatum intellectu, quæſtionem illico injiciunt, An in ſtatu in-
nocentiæ permanſerit Intelligentia Mundana? an verò ipſa quo-
que lapſa ſit? An ſit ſalvanda, an damnanda? Ineptæ ſanè ac inanes
quæſtiunculæ, quæ nec Philoſophiam tangunt, nec intra Theo-
logiæ θεοπνεύστου limites ſunt comprehenſæ, nec ullo modo ad per-
fectionem hominis, quæ ad ſalutem eſt, quid conferunt: quibus
ſanè ſimiles quàm plurimæ ad quævis dogmata Theologiæ, ipſa
Dei veritate nobis confirmata, ab impio ſacrarum literarum de-
riſore vel hæretico, promptiſsimè moveri poſſent. Sed ubi ratio 28.
humana nobis deficit, ibidem ſolâ fide nitimur in iis quæ ſalutem
noſtram tangunt, quæ divino verbo nobis revelata ſunt; at ultrà
non aſſurgit pius animus, nec de myſteriis humano intellectui
reconditis quid curioſiùs inquirit. In ultimo Religionis noſtræ
termino vel noſtrâ ſponte cogitationis pedem figimus; ac tandem
mentis acie inhibitâ, immenſam ſapientiæ divinæ abyſſum imper-
ceptibilem miramur, non rimamur altiùs. Sed interim expendant 29.
alii, quo ſenſu dictum fuerit ab Apoſt. Rom. 8. verſ. 19.20. 21.
22. *Creaturæ hujus* SOLLICITA EXSPECTATIO (ἀποκαρα-
δοκία) *exſpectat* (*obſervat*, vel *proſpicit*, ἀπεκδέχεται,) *dum revelen-
tur filii Dei. Nam vanitati Mundus hic conditus ſubjectus eſt*, NON
VOLENS *ſed propter eum qui ſubjecit: Sub* SPE *quòd & ipſe li-
berabitur ex ſervitute corruptionis in* LIBERTATEM GLORIÆ
filiorum Dei (εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ: (*Scimus
enim, quòd omnis creatura una* SUSPIRET *& una* PARTURI-
AT, *uſque ad hoc tempus*. Quo equidem Scripturæ loco voce 30.
Creaturæ ipſe noſter Theologus intelligit *præter hominem reli-
quas creaturas* omnes, nimirum viſibilem Mundum totum, indi-
gitari, ut apparet Medit. 1. hujus Sect. in fine. At Creaturæ illius
intento deſiderio, & exſpectationi, ac ſuſpiriis, noſtra ſuſpiria &
exſpectatio aſſidua aſſimilatur: quippe ita habet v. 23. *Nec illa* Cre-
atura *ſolùm, ſed & ipſi qui primitias Spiritus habemus, nos ipſi apud
nos ipſos ſuſpiramus, adoptionem filiorum exſpectantes, redemptionem
corporis noſtri.* Equidè, niſi hîc myſteria recondita agnoſcant do- 31.
ctiores, ipſe facilè acquieſco: nec interim in Dei ac Naturæ arca-

P 3 na,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

na, quæ divino verbo ſat clarè revelata non ſunt, non niſi piè ac
religioſè, ſicubi per lumen rationis, quod à Deo menti noſtræ
datum, licet, me immitto: ut adeò certo certius id mihi conſcien-
tia teſtetur propria, nihil cogitatione à me concipi, vel meo per-
ſuaderi animo, quod Religioni Orthodoxæ ullo modo refrage-
tur; nec adeò fidei quid à me tribui, quod non ſat claris ſuis ipſa-
32. met Scriptura teſtimoniis tueatur. Sed ſi in ſequiorem ſenſum, à
malevolo quocunque, noſtra rapiantur, ne quidem ipſe ſortem a-
liam ſperare auſim, quàm quæ & ipſis obtigit Apoſtolis, cùm ta-
men interim vel ipſo Spiritus S. digito eorum lingua dirigeretur,
ac ori ſermo per eundem inderetur: non exſpectabo ſortem aliam,
quàm quæ etiamnum Religionem orthodoxam profitentes ur-
get, à plurimis eorum Adverſariis quâcunque arte excitata, ob
33. ſolas conſequentias ineptè veris theſibus accommodatas. Certè
ubi mella apes, illic & venena colligunt araneæ. *Novum exem-*
plum non eſt, inquit Calvinus, præfat. ad Inſtit. *Interrogabatur*
Elias, an non is eſſet, qui turbaret Iſraël. Chriſtus ſeditioſus Judæis
erat. Apoſtolis crimen impingebatur commotionis popularis. Quid
aliud agunt, qui hodie omnes turbas, tumultus, contentiones, quæ in
nos ebulliunt, nobis imputant? Talibus autem quid reſpondendum
ſit, docuit nos Elias; nos non eſſe, qui vel errores (ad Religionem at-
tinentes, ſi fortè in Philoſophia id quod eſt humanum patiamur,)
ſpargimus, vel tumultus commovemus; ſed eos ipſos, qui Dei virtuti
34. (ac divinæ gloriæ) *obluctantur*. Certè, ſi magnis comparare parva
fas eſt: quid agimus aliud, quàm quod ex Naturæ libro illuſtrio-
rem Dei gloriam, potentiam illius, ſapientiam, ac bonitatem, piâ
mente eruamus evidentiùs? An etiam interea in ullum Religionis
noſtræ Articulum impingimus? An ulli ſacræ Scripturæ teſti-
monio contradicimus? An unquam noſtræ fidei confeſſionem
pleniorem detrectavimus? An non idem, quod intendere videri
volunt, qui ſat acerbè nos ac noſtra impetunt, majori etiam ſtudio
intendimus? An ulliſi labaſcimus; vel an per conſequentias à gra-
du ſolido dimoti ſumus unquam vel dejecti? Certè meliori ratione
dudum conſequentias ineptas quaſdam amputavimus, quibus
præter omnem rationem noſtra in ſequiorem ſenſum verteban-
tur: & quid deinceps aliæ ſint habituræ roboris progreſſus ipſe-
35. met oſtendet. Interea verò novimus & *eadem expertos eſſe* (vel in
dictis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

dictis atque ſenſu penitus divino, ac per Dei Spiritum inſpirato,) *ſuo ſaculo Apoſtolos, quæ nunc uſu nobis veniunt* (in iis quæ Theologiam minimè concernunt, in quibus vel impunè licet cæſpitare vel errare.) *Erant indocti & inſtabiles, qui ad ſuam ipſorum perniciem depravarent, quæ à Paulo divinitus ſcripta erant: Erant Dei contemptores, qui cùm audiebant, abundâſſe peccatum, ut gratia exundaret, ſtatim ingerebant. Manebimus in peccato, ut gratia abundet. Quùm audiebant fideles non eſſe ſub lege, protinus occinebant, Peccabimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia. Erant*, inquit Calvinus, *qui illum mali ſuaſorem arguebant. Subintrabant multi Pſeudapoſtoli, qui diruerent Eccleſias, quas ipſe ædificaverat. Quidam per invidiam & contentionem, nec ſyncerè Euangelium prædicabant, malitiosè etiam: cogitantes ſe preſſuram ſuſcitare vinculis ejus.* Quid illi cogitent, qui ita temerè & abſque omni ratione, 36.
ob ineptas quaſdam conſequentias, inſultare ſtudent meliorum famæ ac intemeratæ Religioni, probè illi notum eſt, qui interiora pervidet, qui eſt ſcrutator cordium ac renum. Ad retundendam verò hanc malevolorum peſſimam temeritatem, ſola nobis ſatis eſt conſcientiæ propriæ tranquillitas, ac candidus & integer in Deum ac Religionem orthodoxam animus, quo omnem livorem, qui inſanas ſecum trahit conſequentias, divinâ auxiliante gratiâ, haud difficulter porrò amovebimus. Ex ipſa certè Mundi Anima opprobrium ab æquioribus ac ſapientioribus haudquaquam nobis erit metuendum. Quid enim porrò eſt, quod urgeat?

MEDITATIO VIII.

Hanc Mundi magni Animalis unam Animam cenſent eſſe veram Naturam Vniverſalem, quæ *ſcilicet* Naturis particularibus præpollet, &, vacuum fugans, naturales efficit reſpectu Vniverſi, motus violentos, qui accidunt præter naturas particulares. *Ad quod Commentum ex Platone hauſtum, perperam torquetur Moſes de ipſa Spiritus S. Perſona loquutus. Gen, 1. 2.*

COMMENTARIUS.

Hanc Mundi magni Animalis unam Animam inquit Cenſorius Cato, *cenſent eſſe veram Naturam Univerſalem, quæ ſcilicet Naturis particularibus præpollet, & vacuum fugans, naturales* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

rales efficit reſpectu Univerſi motus violentos, qui accidunt præter naturas particulares. Reſpicit ad ea quæ poſuimus Theatr. Nat. Univ. part. 1. diſp. 3. q. 1, § 18. 19. 20. at ſuo interim more verba facit, quæ ut iniquè alibi ac præter mentem propriam eorum quos oppugnat, invertit, vel immiſcet, vel expungit, ita hîc indiſciplinatè admodùm exponit, quando naturam univerſalem *va-*
2. *cuum fugare* aït. *Fuga* quidem *vacui*, ſeu *metus vacui*, apud probatiſſimos Autores reperitur paſſim: quo autem ſenſu ita loqui ſoleant, ſat evidenter expoſuimus Theatr. Nat. Univ. p. 3. d. 5. q. 4. § 7. nempe, ut integritas totius & partium omnium continuitas ac contiguitas deſignetur conſtans ac continua, quâ non enti nulla ratio realis concedatur. At qui *fugare vacuum* inſtituit, is longè magis ineptire incipit, quàm ſi cum umbra pugnaret.
3. Cæterùm ad ſenſum præcedentium verborum nihil penitus excipimus: illud interim cavemus, ne *Naturæ Univerſalis* appellatione, quæ ſit Mundi Anima, *Naturam naturantem*, hoc eſt, Deum Opt. Max. quis intelligat, cùm & ipſe eo nomine indigitari
4. ſoleat quandoque. Ad rem quod attinet, ſiquidem partes Univerſi omnes ac ſingulæ ad incolumitatem Univerſi *naturaliter* conſpirant, quando ſæpenumerò contra propriæ naturæ inclinationem, vacui evitandi causâ, (ut pronunciari vulgò conſuevit,) concitantur; viderint illi, qui *naturam* quandam *Univerſalem* negant à conditore Deo Mundo inditam, quâ ratione Deum creatorem à permixtione Creaturæ ſalvam præſtent, ac non potiùs hunc ipſum rerum omnium naturam inſitam pronuncient ac urgeant, quâ ita quidvis *naturaliter*, vel contra propriæ naturæ inclinationem moveatur. (vid. Diſcurſ. de Mund. Opif. diſp. 2. à § 20. uſque ad § 28.) Sanctiùs omnino cum Alſtedio ex Phyſ.
5. part. 1. cap. 3. Naturam illam univerſalem *vim Dei ordinariam rebus inſitam* aſſerimus, quàm ille *filiam Dei*, θεοῦ φωνὴν, itemque *Mundi animam* appellat. Et, ut declaret ſuam mentem, minimè à noſtra circa Mundi animam ſententia alienam, *Conſideramus hîc*, inquit, *naturam corpoream, & altâ voce dicimus, eſſe Spiritum τοῦ παντὸς Univerſi, qui corporibus hujus Mundi implantatus ſit & inſitus.* Quòd ſi verò illa Mundi anima ſine ratione fortè ſit inventa vel excogitata, meliori certè ratione expugnanda erit: at nondum rationem ullam, quæ non rationis expers ſit, hîc cernimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

mus. Nec quicquam eſt, quòd præjudicia indeſinenter moveat 6.
Theologus. *Ad quod commentum*, inquit, *ex Platone hauſtum, perperam torquetur Moſes, de illa Spiritus S. Perſona locutus, Gen.* 1.2. Certè, ſi vel cum Danæo hîc erraverim fortâſſe, quòd *non perſonam ipſam illam tertiam Trinitatis infinitam & nullo loco concluſam, ſed ipſius tantùm effectum* (quem Mundi Animam cum aliis præclaris Viris appellavimus,) *& vires & præſentiam quandam*, ex Scripturæ illo loco intellexerim; haud tamen ideo Perſonam Spiritus S. vel negavi, vel in dubium vocavi: quæ ſuſpicio olim iniquiſsimè quorundam animis injecta eſt. Qui ipſam noſtram viderit ſententiam, Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 3. q. 1. à § 27. uſque ad § 32. is longè ſanctiùs ac religioſiùs à nobis dictum deprehendet. confer. Apol. noſtr. ad Art. V. Interea verò, ſi vel 7.
neutiquam Mundana quædam Anima intelligenda ſit per *Spiritum* illum, qui Gen. 1.2. *Dei Spiritus* vocatur, haudquaquam tamen inde valet conſequentia, non ergo dari ullam Mundi Animam vel Spiritum. Eſto namque, non indigitetur voce *Spiritus Dei* effectus quidam Spiritus ſancti, quæ ſit ejus ſymbolum; ſed ipſamet Perſona Trinitatis tertia intelligatur: certè, cùm Philoſophiam ſolam illa quæſtio, quæ eſt de Mundi Anima, quà talis eſt, concernat, ſolæ rationes Philoſophicæ pro ea confirmanda ſatis fuerint: quas equidem ex parte luculentas dedimus, tum hîc in præcedentibus, tum ubi eam olim judicio & examini doctiorum expoſuimus: in quo profectò maluiſſem acquieſcere, quàm novâ hâc moleſtiâ, per conſequentias in hæreſes & offendicula infanda meliorem animum vi abripientes, ſat intempeſtivè affici.
Et ne anile forſan aliquod figmentum ipſemet viderer tradere, 8.
ſententiam de Mundi Anima ex celeberrima Antiquitate univerſa erui, ac per Philoſophorum nobiliſsimorum ſubſequentes ordines ad noſtra uſque tempora diduxi, ipſorumque Sapientum omnis ævi addidi autoritates, diſc. de Mund. Opif. diſp. 2. q. 2. Quod ergo noſter hic *Commentum* vocat *ex Platone hauſtum*, ejus ſanè ipſe non intelligit originem; ſed ubi ratione deſtituitur pro evertendo monſtro, quòd quà tale proprium ipſius eſt commentum, ad præjudicia excitanda illico apponit animum; & ut vel Atheïſmum, aut veri Dei abnegationem tacitè inſinuet, laborat: quaſi nempe S. S. Trinitas per Mundi Animam everteretur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

neceſſariò, ac ipſamet Perſona Spiritus S. negaretur; vel quaſi ipſe
Spiritus S. Mundi Anima ſtatueretur; vel ſaltem Ethniciſmus Pla-
9. tonis cum ipſo Chriſtianiſmo tacitè confunderetur. Priora quidē
illa ſcrupula ex æquiorum animis jam dudum ſunt exempta, quæ
facilè vel ſolo noſtri loci paulò antè cit. intuitu, (ſi nec Apologia
prodiiſſet unquã,) à quovis ſponte potuiſſent eximi. Quòd autem
attinet poſtremum hoc: Sic etiamnum Ethnicorum ſcita Philo-
ſophica, ac inter ea Ariſtotelis vel maximè, pleriſque Chriſtianis,
& quidem non è Vulgo Viris, allubeſcunt, ut penè unus Ariſto-
teles omniſcius Philoſophus credatur. Hinc ſi quis ullâ parte
quicquam mutet, vel corrigere inſtituat, in Ariſtotelis Philoſo-
phia, is penè pro hæretico habetur. Ac fuit olim tantus honor uni
attributus Ariſtoteli, ut ejus Ethica præcepta in quibuſdam lo-
cis (quod Melanthon ſuo tempore contigiſſe teſtis eſt,) pro ſa-
10. cris concionibus prælegerentur. Et quis ignorat tandem quo
penè juramento plurimi etiamnum Ariſtotelis doctrinæ ſint a-
ſtricti: ut penè omne ſtudium ac conatus humanæ Sapientiæ ac-
quirendæ, & per naturæ lumen ad divinam gloriam contenden-
di, in uno viro Ethnico & inchoatus & omnino abſolutus vi-
deatur: Hic tamen Ariſtoteles quàm ſtrenuè Mundanam ani-
mam ſit tuitus, (quamvis Mundi Intellectum, ſecus atque Plato,
cum Motore primo perperam confundat, ipſumq; Deum Mun-
di Intellectum aſsiſtentem faciat, nec non in aliis quibuſdam craſ-
ſiùs loquatur circa hanc materiam,) apertum obiter à nobis da-
11. tum eſt, diſp. 2. de Mund. q. 2. § 14. & ſeq. Magni certè æſtima-
mus Ariſtotelem, ubi ea quæ ſunt merè Philoſophica pertractat,
ac ubi ſoli locus eſt humanæ rationi, (quamvis & in ſpecialiori-
bus frequentiùs hallucinetur;) at ubi nobis Chriſtianis pro phi-
loſophematis formandis norma eſſe debet ſ. ſ. Pagina, in iis ſanè
tantò propiùs ad veritatem Plato deveniſſe deprehenditur, quan-
tò propiùs ad verticem meridianus Sol æſtivus eſt admotus præ
occiduo hiberno. Hinc jure meritóque Plato à Calvino lib. 1.
Inſt. cap. 5. § 10. totam Philoſophorum nationem perpendente,
inter omnes religioſiſſimus & maximè ſobrius pronunciatur: quam-
vis interim & illud verum ſit, quòd ipſe quoque in rotundo ſuo
globo evaneſcat, ſi quidem, ut inveterata de eodem eſt opinio,
ſingula aſtra ſingula numina confingat, religioſo quodam cultu
proſe-

proſequenda, nec in uno ſummo numine ſubſiſtat: quæ quidem
de Platone dudum tradita opinio, magis ex perſuaſione conſtat;
quàm illius ſcriptis reperiatur. Sed, utut illa res ſe habeat, errores 12.
certè tales facilè divinitus conceſſa nobis Regula Religionis cor-
rigit, & apertè tollit: quæ equidem meliorum norma Meditatio-
num noſtrarum, ſi in ipſa Mundi Anima, per lumen rationis ad-
inventa, ſcrupuli nonnihil aut impietatis extitiſſet, non ita tacitè
errorem adeò vulgarem, ac communem omnibus Philoſophis
antiquis, tranſiiſſet, quin vel apertè pro ſalute noſtra promoven-
da eum nobis detegiſſet atque præmonſtrâſſet. Ut verò maximè 13.
religioſus Plato eſt, ad divina proximè admotus, ut penè alter
Moſes videatur inter Ethnicos; ita certè temporum injuriâ ini-
quiſsimâ videtur factum, quòd à quingentis annis circiter, (ultra
quod ſpatium omnes omnino Patres ac Scriptores rerum divina-
narum Platonicam doctrinam ſunt ſectati,) ipſa multò magis ſo-
bria ac religioſa Platonis Philoſophia in contemptum cœperit
abire; ac tandem eò ignorantiæ deventum ſit, ut vix digna judi-
cetur ampliùs quæ in cenſū veniat, quo ſaltem cum diſcipulo Præ-
ceptor ipſe conferatur: Nempe, quòd vulgò dici ſolet, *Ignoti nul-
la cupido eſt*. Ac tandem accidit, ut minimè ex Platone ampliùs 14.
de Platone judicetur, ſed ex opinione hauſta à Majoribus: Cui
ſi quis ex Platone ipſo contradicat, ac magis piam Viri mentem
probet ex ejuſdem ſcriptis, ille penè impius habetur. Bone
Deus, quę proterva hæc libido eſt, per affectatam ignorantiam de
rebus melioribus ſic temerè judicium ferendi! ut nulla penè æqui-
tatis ratio in animis multorum ſupereſſe videatur. Sed non igno- 15.
ta ejus mali prima cauſa eſt. Ex eo namque id Philoſophiæ de-
trimentum accidit, quòd, cùm quadringentis abhinc annis, vel
quod amplius excurrit, in Gallia & Italia philoſophari cœptum
eſt, unum Averroëm, fidiſſimum in Ariſtotelem Commentato-
rem, quòd non exſtaret alius, ſecuti fuerint omnes: Qui cùm A-
rabicè ſcripſiſſet, ab Hebræis in ipſorum linguam, (ut refert.
Auguſt. Steuch. de perenn. Phil. lib. 4. cap. 4.) ab aliis in Latinum
eſt converſus, ſoluſque tantæ apud omnes autoritatis fuit, ut hunc
unum totus orbis admiraretur, eumque tandem cum Antiſtite
Ariſtotele ſupra cæteros omnes in cœlum uſque laudibus & enco-
miis extollerent. Hinc ſolus Ariſtoteles jam aliquot ætatibus pro 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

abyſſo univerſæ & quidem undiquaque veræ eruditionis fuit habitus. Hunc unum Philoſophorum numen ac Deum quendam auſi ſunt nonnulli appellare: ſummum Philoſophorum Principem ac Imperatorem dixerunt; Sapientiæ noſtræ Patrem ac Ducem, Regem, Solem, Coryphæum; laudis literariæ univerſæ Aquilam, Caput, Exemplar; Veritatis Herculem; naturæ miraculum, in quo omne ingenii humani acumen ſit oſtentatum; Præceptorem abſolutum, ſummum, maximum, incomparabilem, omnis eruditionis, naturæ reconditæ, divinæ ſapientiæ, veræ Sophiæ: cùm tamen certum ſit unum Ariſtotelem parum admodùm de Deo ac divinis rebus cognoviſſe, ac eâ ſanè parte ne minimam

17. quidem partem Sapientiæ Platonicæ fuiſſe aſſecutum. Hæc ergo quidem noſtra eſt ſententia, magni omnino, ob excellens ingenium & acumen, plurimamque reconditam ſcientiam, eſſe æſtimandum Ariſtotelem; ac interim non eſſe ſine ratione contemnendum Platonem, qui ut non adeò diffuſam quidem per ſingulas Philoſophiæ partes nobis tradidit ſcientiam, ita viciſſim in multis, ac potiſsimum divinis rebus, Ariſtotele eſt longè excellentior. At interim cordato Viro-Philoſopho, & à præjudiciis vacuo, haudquaquam ſuſpiciendum Platonem exiſtimamus, quòd fuerit Plato; nec Ariſtotelem, quòd fuerit Ariſtoteles: ſed omnes qui ſtudium ac laborem ſuum nobis reliquerunt, ac Promotores humanæ Sapientiæ fuerunt, ex æquo amplectendos eſſe, ubi veritatem rationibus confirmant; neminem verò præ cæteris Veritatis normam conſtituendum eſſe. Quòd ſi quis verò ſolâ autoritate vel Platonis vel Ariſtotelis nitatur, ac ſolo præjudicio arrepto ſolis moveatur magnorum Virorum opinionibus, eum propriâ culpâ veritatis atque rationis minùs effici capacem judicamus: At qui vel Olitoris tandem rationem integram contemnit, ac *commentum* eſſe credit ideo quòd ſit ab olitore prodita, eum infra humanam ſortem à natura propria eſſe conſtitutum opinamur.

MEDITATIO IX.

Enimverò ſi Aſtacum *hîc audiamus: non aſſecutus eſt rectè Platonem aliosque Veteres* Agrippa in occulta ſua Philoſophia, aliique nonnulli, qui reverà Mundum, & potiſſimùm Cœlum, animâ quadam ſubſtantiali imbutum arbitrantur:

arbitrantur: Non enim credendum eſt, *inquit ille*, ſapientiſſimos hos Philoſophos Mundum re ipſa Animâ quadam ſubſtantiali imbutum, nedum Animal quoddam, motu, ſenſu, intelligentiâ præditum, exiſtimâſſe: reclamante & adverſante præſertim huic opinioni experientiâ ſatis manifeſtâ: ſed tantùm, per ſimilitudinem & analogiam quandam ſic locutos fuiſſe. *Et mox*: Porrò Virgilius quid per Spiritum illum, Cælum & Sidera intus alentem & agitantem, intelligat, ipſemet aliàs exponit, ut monet Lactantius lib. 1. cap. 5. cùm aït: Noſtrorum primus Maro non longè fuit à veritate: cujus de ſummo Deo, quem Spiritum ac Mentem nominavit, hæc verba ſunt: Principio Cælum, *&c.* At ne quis forte ignoret, quiſnam eſſet ille Spiritus, qui tantum haberet poteſtatis, declaravit alio loco dicens:

Deum namque ire per omnes
Terraſque, tractuſque Maris, Cœlumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quemque ſi tenues naſcentem arceſſere vitas.

Atque hinc facilè liquet, quàm ineptè, & contra ſuperiorum auctorum mentem, quidam ex allatis eorum dictis, Cælum, imò Mundum totum, inſitâ quadam animâ, vitâ, ſenſus, & intelligentiæ participe, reverà donatum eſſe aſtruere non verentur. Pleniorem hujus ſententiæ refutationem vide, ſi placet, in Danæo, item Caſmanni Scholis Philoſophicis. *Hactenus Aſlacus, lib. 2. de Cælo ſidereo, cap. 11.*

COMMENTARIUS.

Inconſtans ſupra modum eſt in propriis aſſertionibus Theologus, quod vacillantem ejus animum ſat liquidò commonſtrat. 1.
Commentum illud, de una quadam Mundi Anima *ex Platone hauſtum* præced. Meditatione auſus eſt pronunciare: At nunc, ne fortè cum Platone ipſi oriatur aliquod negotium, ad cujus acumen Philoſophicum haudquaquam imaginatio Doctoris noſtri aſſurgit, Platonem denuò à commenti admodùm periculoſi crimine abſolvit. Quippe talibus verbis præ- 2.
ſentem Meditationem exorditur: *Enim verò, ſi Aſlacum hic audimus: non aſſecutus eſt rectè Platonem, alioſque Veteres, Agrippa*, &c. nimirum rectiùs ſenſêre Plato, aliique Veteres, quàm vel de iis Agrippa, vel noſter Theologus paulò antè ſentiebat. Sed, quod *Agrippam* attinet, ejus *occultam Philoſophiam* nos ignoramus: neque verò ex Agrippæ alicujus autoritate quicquam de Mundana Anima ullibi unquam aſſeruimus;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

(quamvis hoc virulento aculeo pungat non obſcurè Theologus:) ſed partim ex autoritate Platonis, Ariſtotelis, aliorumque Principum Philoſophorum, quorum ipſa verba citavimus; partim verò, & imprimis, idem cum iiſdē aſſeruimus, quòd ratio probabilior ita ſuadere videretur. Interea tamen hominem me eſſe non
3. diſsimulavi, ac tenuitatis meæ mihi conſcius, Deum ipſum, de Conſtitutione Animæ mundanæ dicturus, ſupplex precatus fui, ut nobis ipſe ſervator adeſſe vellet, & ex admirabili expoſitione ad veriſimillimam doctrinam traducere, diſp. 2. de Opif. Mund. q. 2. § 35. Ac, ſententiâ quidem à nobis expoſitâ, denuò præ modeſtia ſubdidi: *Quâ Plato non ſatis exactæ locutionis excuſatione utitur, (ſc. quòd nos participes eorum quæ fortè fortunâ nobis occurrunt, multa inconſideratè ac temerè dicamus,) eandem noſtræ huic expoſitioni ratam volumus: ſicque ſine ſupercilio, humanæ ſortis memores, hanc noſtram contemplationem univerſam doctiorum ju-*
4. *dicio ſubjicimus.* ibid. q. 3. § 30. Cæterùm Aſlacum, Virum pereruditum, Platonis aliorumque Veterum ſententias citato loco diſſimulâſſe potiùs, quàm ignorâſſe, non dubitamus. At eos Verò, qui Mundi Animam non niſi fabulam quandam Platoni aliiſque Sapientibus antiquis fuiſſe habitam exiſtimant, nullam verò reipſâ ſubſtantialem animam fuiſſe agnitam, eos, inquam, novimus omnino nunquam ipſummet Platonem alioſque veteres Philoſophos vidiſſe, vel trunco, dum viderent, magis ſtupidos fuiſſe: quippe, cùm non minùs certum eſſe queat ex eorum Scriptis, eos Mundo Animam ſubſtantialem aliquam attribuiſſe, quàm poteſt eſſe certum mentionem alicujus Animæ feciſſe. Tot etenim occurrunt paſſim loca evidentiſſima, ut ſi vel unum atque alterum ſolummodò hîc teſtimonium in medium adduceremus, omnino rei evidentiſſimæ utcunque nebulam affunderemus.
5. Haud tamen poſſum ita planè præterire ſapientiſſimum inter plurimos Philoſophos Platonem, illic ſaltem loci ubi de Creatione, quam ad animum hîc revocamus, diſſerit: illius autem in Timæo verba hæc ſunt: *Cùm vellet Deus* (ſolâ bonitate ſuâ invitatus ad condendum Mundum, ut ibidem expoſuerat,) *omnia bona facere, nihil autem, quoad natura pateretur, malum*, &c. *ex inordinato* omnia *in ordinem redegit. Hoc enim judicabat eſſe præſtantius.* Addit autem porrò: *Fas autem neque erat, neque eſt,*

quicquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

quicquam niſi pulcherrimum facere eum qui eſt optimus. Re ergo per rationem expenſâ, invenit nihil eorum, quæ ſecundùm naturam aſpectui ſubjecta ſunt, ſi expers intelligentiæ ſit, intelligente alio, totum toto, pulchrius unquam fore; intellectum verò alicui ſine anima dari non poſſe. Hac ratione mentem quidem Animæ, animam verò corpori dedit, totumque ita Mundum conſtituit, ut pulcherrimum naturâ opus optimumque foret. Quocirca, ſicut ratio nobis hæc probabilis perſuadet, dicendum eſt, hunc Mundum animal eſſe, idque intelligens, reverà divinâ providentia conſtitutum. Mox- 6.
que rationes reddit, cur longè alia hujus animalis ſic fabrica quàm aliorum animalium, cur manibus, cur pedibus, cur oculis, cur auribus, aliiſque organis externorum ſenſuum, ſit deſtitutum? Nihil enim extus erat, quod per ſenſus externos poſſet ſenſui interno communicari; adeòque per intellectum omnia in cogitativam ac motivam facultatem influere innuit; non ſecus atque in homine per animam intelligentem ratio communicatur ſenſitivæ: Velut enim partes quidem variæ hujus Univerſi in aliarum partium gratiam ſunt fabrefactæ, ita Mundum ſimul univerſum in ſolius Dei gloriam eſſe conditum, ad quam per intellectum tendat. Ac denique, exponens ipſam Animationis rationem Plato, 7.
inquit: SUBSTANTIÆ, *quæ individua, & ſemper eadem ſibique ſimilis, & ejus rurſum, quæ circa corpora dividua eſt, tertium* SUBSTANTIÆ *genus commiſcuit, ab utroque medium, quæ rurſus eſſet naturæ Ejuſdem, & naturæ illius Alterius particeps, idque interjecit inter individuum, & id quod dividuum eſſet in corpore. Ea cùm tria ſumpſiſſet, unam in ideam contemperavit omnia: Ubi naturam illam quam Alteram diximus, difficulter commiſcibilem, cum Eadem vi quadam conciliavit.* De quorum verborum ſenſu apud Chalcidium, alioſque Platonis Interpretes, videre eſt: nos paucis mentem Platonis quoad hæc verba expoſuimus diſp. de Mundo 2. q. 3. § 20. Apparet autem manifeſtiſsimè, vel ex ſolo 8.
horum verborum intuitu, omnino Platonem *Mundum re ipſâ Animâ quadam ſubſtantiali imbutum*, ac *reverà Animal, motu, ſenſu* (interno,) *intelligentiâ, præditum, exiſtimâſſe*: Cujus quidem ſuæ aſſertionis rationem ab ipſa Creatoris Dei bonitate, (quæ fabuloſa certè non eſt, vel *per ſimilitudinem* indigitata,) derivat Plato; ut adeò de Mundi Anima haudquaquam *per ſimilitudinem*,

ſitudinem tantùm & analogiam quandam ſic locutus ſit credendus.
9. Cùm verò ex citato loco luce meridianâ magis manifeſtum ſit, i-
pſum platonem Mundi Animam & Intellectum à Deo Opt. Max.
Mundi totius, ac omnium omnino quæ ſunt præter ipſum, Crea-
tore diſcreviſſe, ſecus atque plurimi impietatis in Antiquitate
conditores, *facilè liquet, quàm ineptè, & contra illius mentem,
quidam Cælum, imò Mundum totum, inſitâ quadam animâ, ſen-
ſus & intelligentiæ participe, reverà donatum eſſe negare*, quaſi ex
10. illius mente, *non verentur*. Quâ autem ratione *huic* Platonis
opinioni experientia ſatis manifeſta reclamare & adverſari dica-
tur, omnino obſcurum eſt, cùm certè omnia in hoc Mundo per-
agi etiam naturaliter, non aliter quàm per ſenſum atq; intellectum
exquiſitiſsimum videantur. Et ſi quidem, præter ipſam Dei ſuper-
naturalem rerum omnium naturalium adminiſtrationem imme-
diatam, naturalis item cauſa à Deo ordinata ſtatui debet, (velut in
animalis cujuſvis regimine præter ſupernaturalem Dei operatio-
nem, operationẽ à propria anima dependentem agnoſcimus,) uti-
que potiùs dicendum, *manifeſtam experientiam* opinionem hanc
11. ſolidiſsimè comprobare. Virgilii porrò ſententiam quod attinet,
eam in progreſſu ad examen revocabimus. Hîc verò priùs Aſlaco
Aſlacum opponemus, vel eundem propriæ menti conciliabimus.
Is ergo omnino præter ipſum partium ordinem in Univerſo, ac
concinnam totius figuram, formam aliquam Mundi Univerſi in-
teriorem agnoſcit, in Phyſ. ſuæ Chriſt. part. gen. cap. 6. at inte-
rim, *quæ ſit Mundana forma interior in hac naturæ cœcitate non
liquere* ibid. in initio præfatur: *ut non immeritò Scaliger inquiat,
Nullam formam nobis eſſe cognitam plenè ac planè, noſtramque*
12. *ſcientiam eſſe umbram in Sole*. Illam verò formam inveſtigaturus
ipſe, *Alii formam Mundanam*, inquit § 2. *voluerunt eſſe Deum,
alii Solem, alii rotunditatem ſphæricam, alii partium omnium* συμ-
μετρίαν & ἀναλογίαν. *Sed nihil horum Mundi forma dici poteſt pro-
priè*. Cùm ergo quæſtio hæc ſit à Theologo noſtro propoſita,
An Mundus ſit per ſe unus, adeóque per unam formam unus?
An potiùs non niſi per concinnam illam partium unitionem (ut ille
vocat) *ac in unum aggregationem?* hoc eſt, an per omnium par-
tium συμμετρίαν & ἀναλογίαν unus ſit dicendus? quorum quidem
prius negat Theologus, poſterius affirmat: utique pro Theologi
ſententia

ſententia confirmanda haudquaquam facit autoritas Aſlaci, ut
adeò fruſtra hîc & ſine ratione ſit citatus. Sed quid ergo Mundi 13.
formam Aſlacus ſtatuit, dum eam propriè eſſe συμμετρίαν & ἀνα-
λογίαν partium negat? *Plauſibilior eſt eorum ſententia*, inquit, § 3.
*qui formam eſſe bonitatem quandam rebus omnibus à Deo inſitam
aſſerunt, quæ quanta ſit, liquet ex generali elogio divino: vidit
Deus omnia quæ fecerat, & ecce erant* VALDE BONA. Certè,
quid hoc aliud eſt, quàm idem quod nos ex Platone aſſeruimus;
quando generalem illam univerſæ Creaturæ bonitatem, quam
generali elogio ipſe Deus celebrat, divinæ bonitati convenientiſ-
ſimam oſtendimus? Sed progreditur Aſlacus § 4. *Bonitas autem* 14.
*hæc Creaturarum in tribus conſiſtit, videlicet, in ſubſtantia, facul-
tate, & accidentibus; unde diſtingui poteſt in ſubſtantialem, vir-
tualem, & accidentalem.* Ac porrò § 7. 8. *Bonitas ſubſtantialis
eſt, quâ res omnes quoad ſuam ſubſtantiam bonæ ſunt. Quomodo
etiam poſt depravationem bona omnia permanſerunt. Virtualis eſt,
quâ res omnes mundanæ ſuis proprietatibus & functionibus à ſub-
ſtantiali & interna bonitate proficiſcentibus, ornatæ ſunt. Ejuſmodi
eſt* ἐνεργητικὴ, ζωτικὴ, καὶ φυλακτικὴ *quædam* δύναμις, *rebus omnibus
in prima creatione indita Gen. 1. v. 31. Quam Plato*, inquit, *per
Animam Mundi intellexiſſe videtur.* Rectè inquit *videtur*, 15.
nam reverà videtur tantùm; ac præter mentem Patonis Platoni
talis ſenſus affingitur: cùm vel ex uno à nobis citato Platonis loco
manifeſtum ſit, æquè *bonitatem ſubſtantialem*, (quam Mundi
formam interiorem eſſe ex plauſiliori ſententia ipſemet pronun-
ciat Aſlacus,) agnitam eſſe à Platone. Et ſanè penitus fuiſſet
ἀφιλόσοφον, ac verè ἄσοφον, agnoſcere *interiorem aliquam virtutem*
ſine ſubſtantia in qua ea eſſet radicata. Statuit ergo Plato, unà 16.
cum Aſlaco, *virtualem bonitatem* ac perfectionem Mundi, ita
rebus omnibus in prima Creatione fuiſſe inditam, ut à *ſubſtan-
tiali ac interna bonitate* dependeret: adeóque poſitâ illa Mundi
perfectione, *quâ res omnes mundanæ ſuis proprietatibus & fun-
ctionibus, à ſubſtantiali & interna bonitate proficiſcentibus, ornatæ
ſint*, utique *ſubſtantialem illam & internam bonitatem* minimè
excluſit; ſed & apertâ voce οὐσίαν *ſubſtantiam*, hoc eſt, *eſſentialem
formam* indigitavit: ſine qua certè virtus ipſa ac facultas non ma-
gis potuiſſet exiſtere, quàm ſine ſubjecto calor. Quin imò, hæc 17.

virtualis bonitas, quam ζωτικὴν δύναμιν *vitalem* ſeu ab anima *animalem facultatem* appellat Aſlacus, reipsâ à *ſubſtantiali bonitate* non diſtincta eſt, ſi quidem virtus vel facultas, ut in ipſa anima ſpectatur, ab animæ eſſentia non eſt diſtincta; (quamvis reſpectu habito objecti & operationum atque organorum ab eadem diſtinguatur.) Ut adeò ipſa Mundi forma, quæ Aſlaco *bonitas quædam rebus omnibus à Deo inſita* dicitur, (quam idem in ſubſtantialem, virtualem, & accidentalem dividit,) rectè dividi queat, in *ſubſtantialem* & *accidentalem* tantùm: velut formam cujuſq; animalis vel ſubſtantialem vel accidentalem eſſe dicimus.

18. Subſtantialem autẽ illam duplici reſpectu conſiderat Aſlacus: vel enim in ſe ſpectatam, ſeu ut eſſentiam conſtituit, ac verè οὐσιώδης eſt; vel ut ad operationes refertur, hoc eſt, ut operari apta eſt. Atque hinc § 9. *Virtualem hanc bonitatem rerum* dicit vel *actualem eſſe vel potentialem. Actualem* vocat, *quæ actu ipſo in omnibus conſpicitur & exercetur*; *Potentialem* dicit *eſſe eorum, in quibus facultas ſeu ἐνέργεια conſopita videtur, ſed excitatur, cùm ad alia*

19. *corpora applicatur.* &c. Accidentalem tandem Univerſi bonitatem ſeu formam deſcribit Aſlacus § 10. ubi *Accidentalis*, inquit, *rerum bonitas elucet.* 1°. *in mira cujuſque operatione & actione. Atque hoc ἐνέργημα eſt cujuſque rei.* 2°. *In eximio ornatu, decoro, & pulchritudine rerum omnium.* 3°. *In ſtupenda omnium varietate.* 4°. *In partium omnium inter ſe miranda συμμετρίᾳ connexione, & analogia.* At ex hoc ultimo ſolo omnis ille ornatus ac pulchritudo exurgit, quæ Univerſo nomen κόσμου Mundi dediſſe Theologo noſtro cenſetur. Cùm autem expreſsè δύναμιν ζωτικὴν, hoc eſt, *vitalem* ſaltem, adeóque ab anima pendentem, facultatem, quæ Mundi forma ſit, agnoſcat Aſlacus, ac bonitatem totius ſubſtantialem in illa plauſibiliori, ut vocat, de forma Mundi ſententia admittat, certè in verbis potiùs quàm in reipſa à Platone & à nobis diſſentit: niſi fortè ſolam quandã vegetativæ analogam

20. animã Mundo aſſignet. Sed ſi eo quidem ſenſu Mundus magnum quoddam *vegetabile corpus* dici poſſet; non video cur majori cum periculo magnum corpus ſenſitivum ac motivum, h. e. magnum aliquod *Animal* dicatur: imprimis cùm & ordinatum obtinere motum ſenſibus deprehendatur. Hoc quidem ultro facillimè largimur: velut Mundus ſecundùm Aſlacum non niſi per analogi-

am,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

am, habitâ ratione plantarum, quæ apud nos cernuntur in ipſo terrarum orbe, *vegetabile corpus* diceretur, (quippe quod ſui ipſius abſumptione nutritur;) ita quoque non niſi per analogiam Mundum appellari *Animal*, ſi reſpectus habeatur animalium in terrarum orbe degentium. Sed ut de mente Aſlaci, veluti pro 21.
norma quadam (quippe ſine adjecta ratione,) à Theologo noſtro citati, conſtet evidentiſſimè: Problema I. movet idem in cit. Phyſ. Chriſt. gen. cap. 12. *Utrùm Mundus à priſcis & neotericis quibuſdam Philoſophis animatus rectè ſtatuatur?* Reſpondet autem: *Omnino, quatenus vitæ & animæ vocabulum generaliter ſumitur, pro vivifica quadam virtute, toti Mundo & omnibus ejus partibus in prima Creatione divinitus infuſa; quâ omnia exiſtunt, ſuſtentantur, & vires efficaciſſimas ex ſe diffundunt atque tranſfundunt. Quod partim autoritate, partim rationibus manifeſtum evadit.* Et autoritatibus quidem, tum Veterum tum Recen- 22.
tiorum Philoſophorum, adductis, ſacrarum quoque literarum ipſemet autoritates citat. Nehemiæ 9.6. *Tu Jehova ſolus es, tu feciſti Cælos hos, Cælum cælorum, & omnem exercitum eorum, Terram & quicquid eſt in ea, Mare & quicquid eſt in iis:* ואתה מחיה את כלם *& tu* VIVIFICASTI *hæc omnia*: *h.e.* inquit, *virtualem & vitalem quandam facultatem rebus omnibus à te creatis communicas. Id* autem *convenire* aït *cum eo, quod eſt Gen.* 1. *vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant* VALDE BONA. Et 1. Tim 4.4. *Quicquid creavit Deus* BONUM *eſt. Quòd ſi verò* inquit, *omnia* (non per partes tantùm ſed & collectivè,) *valde bona extiterunt*, (ut generali tandem elogio ſub uno complexu ſunt pronunciata,) *utique virtute aliquâ decorata & prædita fuerunt, per quam & propter quam bona à Deo judicata ſunt. Quæ verò planè inanimata, omnique vitali ἐνεργείᾳ orbata ſunt, quomodo, quæſo, bona exiſtimanda ſunt?* Poſt haſce autoritates varias rationes pro illa Mundi 23.
Anima confirmanda ex Platonicis & aliis affert: Ac inter cæteras illam: *Quia viliſſima Mundi corpora vivunt, ideo multò magis veriſimile eſt ampliſſimum & venuſtiſſimum hoc Mundi Theatrum ſuâ quadam vitæ uſurâ donatum eſſe.* Nam profectò, quo jure exiſtimârunt nonnulli, muſcam Sole nobiliorem eſſe, eò quòd illa animata ſit, hic vitâ carere credatur; eodem jure alii vel culicem toto Mundo nobiliorem judicabunt haud immeritò, niſi

Mundum nobiliori quadam animâ, Univerſo ac totius functio-
24. nibus convenienti, inſtructum exiſtiment ac credant. Quamvis enim ſingulæ quidem partes in animalibus propria ſibi munia ac operationes exequuntur, eſt tamen virtus quædam totius, haudquaquam otioſa, quæ ſingularum functiones in commune totius bonum dirigit; & cujus beneficio quoque particularium naturarum functiones univerſo ſuppoſito attribuuntur. Velut autem prædicta ratio concludit de vitali quadam facultate ſtrictè dicta; ita certè ſimili ratione de animali etiam, Mundo tribuenda, quin & rationali, poſſumus inferre. Quod quamvis apertis verbis non indicet Aſlacus, non tamen illud planè diſsimulat: ſed non obſcurè idem innuit alio argumento tali: *Cùm minor Mundus, homo, ſit vita decoratus, utique majorem quoque Mundum vitali*
25. *quodam balſamo perfuſum eſſe, minimè ambigendum erit.* Simili omnino ratione, ac ſoliditate eâdem, haudquaquam contemnenda, inferre licet: *Si minor Mundus, homo, animali quadam ac rationali facultate decoratus ſit, utique majorem quoque Mundum ſimilibus ac analogicis ſaltem facultatibus perfuſum eſſe, minimè ambigendum eſt.* Atque hoc ſanè eſt ipſius Platonis argumentum, paulò aliter propoſitum in Timæo, elegantiſsimâ ratione à divina bonitate diductum, quando aït: *Fas neq; erat, neque eſt, quicquam niſi pulcherrimum facere eum, qui eſt optimus. Cùm ergo excogitâſſet, invenit nihil eorum, quæ ſecundùm naturam cernerentur, ſi expers intelligentiæ ſit, intelligente alio, totum toto, pulchrius unquã fore; intellectum verò alicui ſine anima dari non poſſe: Hâc ratione*
26. *mentẽ animæ, animã verò corpori dedit.* Nimirum hæc Platonis eſt ſententia: Conſentaneum non fuiſſe, minorẽ Mundum pulchriorem fore Mundo majore; puſillum hominem univerſo illo divinæ artis Opificio, ac pulcherrimo Deitatis Theatro: in quo veluti in ſpeculo, propriâ Dei manu adornato, Dominus & Artifex ingenti claritate ſe & immortale ſuum regnum repræſentat, ut loquitur Calvinus lib. 1. Inſt. cap. 5. § 10. Cùm ergo decretum eſſet Domino Deo Creatori hominem ad imaginem ſuam condere, adeóque intellectu præditum, (cui nempe ſupernaturales dotes adderet, ad eſſentiam humanam, aut integritatem ac bonitatem eſſentialem per ſe non attinentes,) fas utique exiſtimandum eſt, decreviſſe etiam eundem Creatorem, Mundum univerſum, quoad eſſentiam

propriam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

propriam ſaltem, ſeu quoad οὐσιώδην ac ſubſtantialem bonitatem, eſſentiâ humanâ haud ignobiliorem conſtituere. At in tota viſibili creatura nihil omnino quoad naturam eſſe potuit, quod expers intelligentiæ intelligentie alio pulchrius foret, vel æquè pulchrum. Sic ergo Mundo intellectus fuit datus, cui neceſſariò fuit anima ſubordinata. Non autem ſine emphaſi, notatu omnino di- 17.
gniſsimâ, addit Plato, *totum toto* pulchrius aliter non potuiſſe fieri. Quamvis enim totum Mundi corpus naturale, (prout natura ſtrictè ſumitur,) pulchriùs quidem foret naturali corpore humano, hoc eſt, ſenſitivo hominis corpore, abſque intellectu ſpectato; totum tamen illud ipſum Mundi naturale corpus, non foret nobilius toto homine, niſi ſimul eſſet intellectu condecoratum. Sic ergo Plato quoque rationalem hominis animam ſupra univerſum Mundum, abſque intellectu ſpectatum, dignitate ac nobilitate extollit. Quæ certè ingens hominis eſt excellentia, ac tanta præ uni- 28.
verſo naturali corpore nobilitas, ut omnino nihil cauſæ habeat, cur quicquam Dei gloriæ invideat diffuſiori, ſi fortè Intelligentias quaſdam alias, ſe ipſo nobiliores admittere, ac alicujus ex iiſdem reſpectu totum Mundum ſeipſo nobiliorem agnoſcere cogatur. Cùm & illud interea dignitatem hominis porrò ineffabiliter augeat, quòd, cùm totus quidem, quâ homo eſt, naturali corpore mundano dignitate ſuperior, interim intellectui mundano paulùm cedat proprii intellectus nobilitate; haudquaquam tamen interim intellectu mundano ſubordinetur vel ſubjiciatur, ſed ab uno Creatore pendeat proximè, ad ſolius Dei ſui imperium immediatè alligatus. Plura argumenta pro Mundi Anima a- 29.
pud ipſum Aſlacum cit. loc. recenſentur, quæ illic videre licet. Hæc jam allata nobis ſufficiunt, ut de mente ſaltem illius Viri, contra nos à Theologo citati, conſtet: quam tandem in ultimæ rationis concluſione talibus verbis contrahit in unam ſummam. *Ergo toti Mundo & rebus omnibus inſita eſt vis quædam* ζωτικὴ & ἐνεργητικὴ. *Atque hic* SPIRITUS *&* ANIMA MUNDI COMMUNIS. Hæc autem Aſlaci ſententia, propriis ejuſdem verbis jam expoſita, niſi penitus pro nobis ac Platone faciat, profectò nullâ ratione faciet pro noſtro Theologo. Ad autoritates autem 30.
Aſlaci è ſacra Scriptura pro Mundi Anima petitas, illud fortè addi poſſet, (ut cætera omittam, & aliorum expoſitionibus univerſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

relinquam,) quòd Poſitionum differentiæ, quæ animalibus propriæ ſunt, docente Ariſt. 2. de Cælo c. 2. in ſ. Literis etiam Mundo tribuantur: non reſpectu noſtri, ſed abſolutè. Sic paſsim in Sacris Oriens קדם *anterior Mundi pars* appellatur; Meridies ימים *pars dextra*: Adeóque *poſterior* Mundi pars Occidens cenſetur; *Siniſtra* Septentrio, quæ & inde שמאל *ſiniſtra* Arabibus nuncupatur: *Superior* autem pars Mundi in Sacris dicitur id quod cælum versùs eſt; *Inferior* quod eſt versùs Terram. Rationem naturalem harum appellationum, ita determinatis partibus & non aliter tributarum, dedimus Diſc. de Mund. Opif. diſp. 12. q. 3. § 15. & ſeq.
31. uſque ad finem. Dum autem illud ex Aſlaci verbis eſt extra dubium, agnoviſſe illum ſaltem οὐσιώδην aliquam Mundi formam, quæ Mundum per ſe unum faciat, ac vitales operationes exerceat, quam *Spiritum & Animam Mundi Communem* ipſe appellavit; quin imò, dum vi argumentorum ab eo allatorum manifeſtum eſt, idem reverà ſenſiſſe de Mundi Anima, quod & ipſe Plato ac Platonici ſensêre: Videtur tamen voluiſſe videri verbis quodammodo à Platone diſſentire, ut quorundam ſcrupuloſiorum ho-
32. minum, quidvis ex quovis nectentium, evitaret cavillationes. Nam certè, quod rem ipſam ſpectat, quid periculi & offendiculi tandem in Chriſtiani Viri animo orietur potiùs ex eo, ſi quis dicat Mundum eſſe ſenſitivâ quadam ac motivâ animâ, quin imò intellectu, inſtructum; quàm ſi dicat Mundum eſſe animâ quadam, vegetabili analogâ, decoratum? An ideo potiùs ab unici Dei religioſo cultu ad Mundi etiam & Aſtrorum cultum fortè avertentur Deo conſecratę mentes? Quaſi verò orthodoxæ Religionis dogma ſit, animalia eſſe adoranda ac religioſè colenda; aut ei quod eſt intellectu præditum, nimirum homini quoque, divinum cultum eſſe decernen-
33. dum, vel ὑπερδουλείαν aliquam Intelligentiis. Certè, qui hîc ita ſcrupuloſè metuunt, cur non negant vaccas & aſinos, cæteraque id genus corpora, animata eſſe, ne fortè cum Ægyptiis quis bovem, aut cum Philiſtæis piſcem, religioſè colat; vel ſimile quoddam genus corporum adoret? cur non dicunt hominem potiùs trunco vel lapidi ſimilem eſſe, quàm animal ratione exornatum, ne hic pro Deo fortè aliquando habeatur? Ac mirum profectò, niſi ſemetipſos tandem animâ ac intellectu privent, ne numinis
34. inſtar aliquando tandem extollantur. Quaſi verò non ipſa etiam

vege-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

vegetabilia corpora, cæpas & alia, Ægyptiorum vulgus cultu re-
ligioſo proſecutum fuerit: Ut adeò propemodùm hæc ipſa quo-
que vegetabili animâ inſtructa ſint neganda. Quin imò: An non
Perſarum Magi ipſum quoque ignem adorârunt? Quid huic,
quæſo, corpori eveniet à nimis religioſo noſtro Theologo? An
quoque illi animam eripiet, quam nullam per ſe propriam habet?
Vel an non eſſe potiùs, aut nullâ ſaltem formâ ſubſtantiali eſſe in-
formatum, ſtatuendum erit? Bone Deus, ad quæ palpabilia ab-
ſurda tandem nos deducent boni ac religioſi noſtri Viri Conſe-
quentiæ! Et quæ non tandem pœna ac ſupplicium manebit ali-
quando eos, qui tam diris ſe hæreſibus involvunt, per longam
conſequentiarum ſeriem elicitis! Infelicem olim Saliſburgenſem 35.
Epiſcopum cùm cogitat Theologus noſter, procul dubio com-
miſeratione commovetur ejus animus, quod ob Antipodes hæ-
reſeos damnatus fuerit; damnantis autem Papæ zelum adeò in-
tempeſtivum execratur. At ineptiſſimorum hominum ineptæ
conſequentiæ hîc ſolæ omnis mali cauſæ ſunt: cùm interim non
eò magis infelices ſint Antipodes. Sic ſæpe, quando Theſis aliqua
per conſequentias in hæreſin vocata, manifeſtâ veritate tandem
comprobatur, ſordeſcunt propriis ineptiis textores conſequen-
tiatum inutilium. Rectiùs fecerint veri Theologi, ſi conſequen- 36.
tias periculoſas & impias, nullo nexu cohærentes theſibus, re-
ſcindant cum meliori ratione, dum eſt incerta theſis vel dubia,
quam nullo manifeſto ac evidenti Scripturæ teſtimonio poſſunt
evertere: ſic longè magis pietati conſulent, & Religionis Or-
thodoxiæ, quàm ſi fortaſſe theſis ipſa ſolidiori ratione probata
habeatur apud doctiores, eâdemque operâ & ipſum conſequens
conceſſum videatur à Theologis. Interea tamen dum pro Mundi 37.
anima hîc diſſero, haudquaquam illud agere inſtituo, ut ejus exi-
ſtentiam confirmem aut probem; ſed illud tantùm, ut, quod
Chriſtiani potiùs ac vere Orthodoxi Theologi fuiſſet, pro jure
Chriſtiano-Philoſophi evertam ipſe conſequentias periculoſas &
hæreticas: Ut etiam hac ratione, dum nihil ex Scriptura ipſa da-
ri poteſt contra Mundi animam, quòd manifeſtè eam deſtruat, ex
ipſamet Philoſophia ſaltem ratum ſit, nihil per Mundanam ani-
mam, quacunque tandem ratione ſtabilitam, inferri poſſe vel ab
Atheo; quod orthodoxæ Religionis veritatem ullo modo tur-
bet.

38. bet. Cæterùm, ne ipſe ullibi offendam delicatiores animos, ſi
quid periculi è Mundi anima credatur metuendum, ultro ipſe
damno illud monſtrum, ſi quidem tale doctioribus exiſtimetur:
ac ipſe omnibus Philoſophis ſim Autor, quantum mea poterit
perſuaſio valere, ne Mundum animatum credant, ne fortè viam
eâ ratione aliquam aperiant, ad diliria quorundam Ethnicorum
nimis impia. Ipſam etiam præſtiterit quandoque diſſimulare ve-
ritatem, utut evidentem, ubi nulla ſecus exigit neceſſitas, quàm
intempeſtivâ aliquâ aſſertione rei, vel veriſsimæ fortaſſis, in Re-
39. ligione ſcandala creare. Ac ſanè, niſi aliâ me nunc impelleret ne-
ceſſitas, pro quæſtione Philoſophica quacunque, hac vel aliâ ra-
tione decidenda, vix videretur operæ pretium tantum melioris
otii in Mundi Animam congerere, ac ſæpius turbare meliores
cogitationes. Ut adeò, ſi quidem potuiſſet ſuæ famæ & exiſtima-
tioni rectiùs conſulere Virgilius, qui ob Antipodes ejectus eſt,
non minor nobis utique dementia illius videretur, qui tam levi
cauſâ aliquod diſcrimen ſubiit, quàm ſtultitia eorum atque
ignorantia, qui innocentem virum ſine causâ condemna-
40. runt. Et quamvis nihil nobis hîc ſit à Pontifice periculi,
ubi norma nobis eſt divina Pagina: haud tamen adeò no-
bis ratio eſt pertinax & impotens, ut vel ejuſmodi ob-
ſtaculis ignoret cedere, vel etiam quandoque connivere
ad ſimilia, quæ ſive proferantur ſive contineantur, omnino o-
mni impietate carent, nec in partem unam magis quàm in aliam
obſtringunt conſcientiam. Nihil ergo aliis perſuaſum volo im-
præſentiarum, meis argumentis, quod pro roboranda Mundi A-
nima in Mundo faciat; ſed tantùm pro me ſolo ita nervos, ut æ-
quum eſt, intendo, ac illud ago unicè, ut ſequiorem ex piorum a-
nimis ſuſpicionem tollam: iniquiores interim & impios non ad-
41. modùm curabo. At inconſultiores atque nimiùm intempeſtivos
animos hoc velim monitos, ad ſemetipſos tandem revertantur, ac
ſciant optimum condimentũ rerum omnium, non civilium mo-
dò, ſed earum quoque quæ ad Religionem attinent, Prudentiam
eſſe: Sine qua tum noſmetipſos, tum per zelum noſtrum immo-
deratum ac intempeſtivum etiam alios mandare flammis, homi-
cidium eſt: ac metuendum ſanè eſt periculum, ne ſic ab igne tan-
dem citiùs ad ignem tranſeatur. Sed fortè etiamnum ſupereſt
non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

nonnihil in mundana anima à nobis olim tradita, quod Religio-
nem noſtram urgeat, ac inviſam reddat Orthodoxis: ab Aſlaco
nempe tandem ad Danæum nobis tranſeundum eſt, ad quem ab
illo per Theologum noſtrum ablegamur: Non admodùm ingra- 42.
tum nobis inſtitutum præſtantiſſimi Aſlaci eſt, quo pleniùs ſen-
tentiam ſuam, quam à nobis atque à Platone haud alienam fovet,
ipſius etiam Danæi aliquâ autoritate probet, vel ſaltem ab impie-
tate tueatur. Equidem Danæi, ſolidiſſimi Theologi ſimul ac
Philoſophi, ea eſt ſententia, cap. 27. lib. 1. Phyſ. Chriſt. *Unicam
quidem formam, quæ οὐσιώδης ſit, ſtatui minimè poſſe. Sed ſuam cui-
que rerum generi & naturam & formam à Deo datam eſſe, de qua
in ſingularibus tractatibus, qui inſtitui de ſingulis generibus ſolent,
diſputatur.* At profectò, hanc ſuam ſententiam deinde poſt o- 43.
ctennium, cùm Iſagogen Chriſtian. ad Loc. Com. concinnaret,
penitus mutâſſe eſt cenſendus, quando libr. 1. cap. 27. *Forma
Mundi,* inquit, *eſt duplex. Una:* INTERNA, *altera externa.
Utraque duplex: vel generalis totius Mundi; vel cujuſque hujus
partis propria, uti terræ, aquæ. Nos hîc agimus,* inquit, *tantùm
de ea quæ univerſalis eſt, & toti Mundo communis. Reliquæ enim
velut particulares & internæ partim ad Phyſicos, partim ad Medi-
cos pertinent. Ergo Mundi hujus forma,* inquit, (NB) *non modò
in quadam externa rerum conditarum pulchritudine conſiſtit, &
aptiſſima rerum inter ſe conjunctione & collocatione, quæ Ordo ap-
pellatur,* (quam ſolam Mundi formam communem agnoſcit no-
ſter Theologus,) *ſed etiam in ipſa interna, & totius hujus Uni-
verſitatis, & ſingularum ejus partium vi & natura: de qua longior
fuſiorque diſputatio ad Phyſicos propriè pertinet. Nobis igitur,* in-
quit, *quantum ad hanc externam rerum faciem & formam expli-
candam attinet, ſufficit in genere & in ſumma, ſi dicamus, ſimpli-
ciſſima Mundi hujus corpora conſtare ſimpliciſſimâ & figurâ &
motione, item convenientiſſimo atque congruentiſſimo ordine omnia
inter ſe eſſe aptata. In quo non modò nobis aſpicientibus pulchritudo
ſe offert, ſed etiam utilitas commoditaſque utentibus.* Ex quibus 44.
verbis ſat clarè conſtat de mente Danæi, quâ certè toto cœlo lon-
giùs à noſtro Theologo diſſidet: dum præter illam partium di-
verſarum in Mundo aggregationem quam ſolam Noſter urget,
formam unam totius Univerſitatis internam reverà agnoſcit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Sed apparet item quàm unicè cordi fuerit Danæo res verè Theologicas agere, ubi de Religione Chriſtiana erat agendum; nec Phyſicorum quæſtionibus ac materiis ſuam Theologiam immiſcere. Philoſophica ille planè hoc loco prætermittit, ac Philoſophis ſuam Spartam relinquit, quin & ultro tradit ac commendat: nec velut intempeſtivus Dictator in Provinciam aliorum ſeſe ingerit; multò minùs propriis ineptiis, ac nullum pondus habentibus nugis, extra Scripturam conquiſitis, res ſacras profanat aut proſtituit; vel per conſequentias hinc inde derivatas à re-
45. cto ſolidoque divini verbi tramite aberrat. Simili modo Calvinus Inſtit. libr. 1. cap. 15. § 6. de Humana Anima diſſerens, ne rebus frivolis, pro ſuo inſtituto vel pietate promovenda inutilibus, ſe torqueat, *Cæterum*, inquit, *de ipſis facultatibus ſubtiliùs diſſerere, Philoſophis permitto: nobis ad ædificandam pietatem ſimplex definitio ſufficiet.* Hoc utinam noſtro quoque Theologo cordi eſſet paſſim; utinam ſolam Scripturam ſectaretur, & ad ejus ſolius ſcopum, quod veri Theologi eſt, collimaret, dum Theologica præſumit: minùs certè in iis quæ Religionis ſunt, impingeret, dum nunc quantum levitatis rebus ſacris addit per futiles quæſtiones, ad pietatem nihil conferentes, & planè extra Scripturam conquiſitas, tantum ſolido ponderi earum
46. detrahit. Dum autem citato loco manifeſtè Danæus communem quandam totius Univerſi formam internam ſtatuit, cujus pleniorem conſiderationem Phyſicis relinquit ac commendat, haudquaquam quo nomine illa ſit appellanda, an Natura, an Anima ſit, vel an alio quocunque nomine inſignienda definit; ut neque modum ullum depingit, vel rationem præſcribit, ſecundùm quam illius conſtitutio à Philoſophis ſit exponenda: impunè nimirum & abſq; omni periculo in talibus hallucinamur, quæ Religionis noſtræ dogmata non tangunt, ac rebus civilibus vel œconomicis rectè ge-
47. rendis impedimento non ſunt. Interea verò, dum ſententiam antiquam hic deponit Danæus, ac mutat, agnoſcit utique nullius fuiſſe roboris, allata pridem ab ipſo, contra Mundi formam internam communem vel Animam, illius argumenta, quæ extant Phyſ. Chriſt. part. 1. cap. 14. quorum præcipua, ut & alia quæ vulgò contra Mundi Animum ingeruntur, ipſe tandem Aſlacus diluit ac ſolvit utcunque, Phyſ. Chriſt. gen. cap. 12. quamvis antè, loco à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Theologo noſtro citato, Lectorem ad Danæum remiſerit; qui item Aſlacus in fine, poſt ſoluta varia contra Mundi Animam argumenta, *Plura*, inquit, *de hac re vid. in lib. de Triplici Cælo fol.* 100. *Item Oratione de Anima Mundi.* Quid hiſce locis inſuper reperiatur; & quomodo id habeat in ipſomet Autore, quod à Theologo noſtro eſt citatum, quia eorundem Tractatuum nobis copiam non facit noſtra Bibliotheca, impræſentiarum non licet fuſiùs inveſtigare. At interim Danæi ipſamet conſideremus argu- 48.
menta, ipſo etiam Danæo nunc tandem annuente, qui aliam deinde ſententiam amplexus eſt: idque periculi prorſum amovere ſtudeamus, quod ab ulla parte ſecum trahere Mundi Anima fortaſſe creditur, præjudicio ex Danæi citatione arrepto ab iis qui Danæum ipſum ſuper hac materia non viderunt. Prima erga ratio Danæi talis eſt: *Quæ corpora uno ſpiritu, unâque animâ continentur, illa ſunt continua, non ſeparata: Hujus autem corporis, qui Mundus appellatur, partes ſunt non tantùm diſtinctæ, ſed etiam à ſeipſis loco & intervallo ſeparatæ.* Hanc equidem Objectionem ſibi 49.
ſextam movet Aſlacus cit. antè loc. quam rectè ſolvit negando Minorem. *Nam Mundus eſt*, inquit, *Syſtema continuum*: quod ſequenti ibid. Problem. oſtendit: quod autem addit inſuper, id rem non tangit. Nos pro ſolutionis clariori vi & ἐνεργείᾳ diſtinximus diſp. 2. de Mund. Opif. q. 5. (ubi ad Danæũ non reſpeximus,) inter continuitatem mathematicam, quando communi termino partes nectuntur; & phyſicam, quando partes propriis terminis finitæ quidem, communi tamen naturâ, totum permeante, continentur, & arctiſſimè conſociantur, ita ut ex diverſiſſimis membris per ſe unum corpus naturale conſtituatur: Et hanc quidem Mundo convenire diximus, ut & cæteris quibuſvis animalibus; illam verò nequaquam. Trunco enim ſimilius foret corpus animale quàm 50.
organico, ſi omnes partes communi termino inter ſe copularentur. Quamvis ergo ſingulæ oves, v.g. ſinguli equi, ſingulæ arbores, ſingula denique corpora naturalia, ſuâ mole circumſcripta, & ab invicem ſeparata ſint propriis dimenſionibus, aliquo tamen corpore intercedente ſemper, ac per ipſos etiam poros commeante, continua utcunque inter ſe redduntur, ne ullibi hiatus intercedat; ac tandem commodiſsimè (quod veram unitatam phyſicam efficit,) communi ſpiritu vel animâ nectuntur. Neque verò par- 51.

 tium

tium in uno corpore naturali eſſentialis inter ſeſe unio tam ad ipſam materiam ſpectat, quam ad naturas particulares, convenienti ratione inter ſeſe cohærentes, ac uni communi naturæ, omnes informante, ſubditas, ſeu potiùs, ad ipſam illam convenientem naturarum particularium omnium inter ſe coordinationem, & ſub una communi natura, totum ac omnes particulares naturas complectente, ſubordinationem. Nam profectò ita etiam in corpore animali quovis variæ partes ab invicem diſcretæ, & ſingulæ propriis terminis circumſcriptæ ſunt, ut pereunte animâ, licet in cadavere eâdem ſitus ratione cohæreant, dicantur tamen non niſi per aggregationem quid inter ſe unum: at præſente animâ totius communi, ita variæ particulares naturæ, oſſium, carnis, venarum, arteriarum, cerebri, pulmonis, hepatis, cordis, renum, ventriculi, aliarumque partium, conſociantur inter ſe, ut ab omnibus, etiam loco diſsitis, fiat per ſe unum. Simili ratione in Univerſo omnia in unum vertuntur, dum ne quidem in formis, ſeu naturis, datur vacuum.

52. Nec ſanè quicquam eſt quod urget Danæus: *Si una quædam anima & ſpiritus re ipſâ in his ſingulis rebus eſſe cogitetur, hoc abſurdum ſequi, Animam, (quæ eſt natura quædam ſimplex, & planè ſpiritualis,) inſtar corporearum rerum re ipſâ, non animo tantùm, partibilem eſſe.* Id enim ſi in corpore canis vel equi, aut alterius animalis, non ſequitur ex eo, quòd variæ partes circumſcriptâ ſui mole ſint ab invicem ſeparatæ, ita ut nec cerebrum cum renibus continuum ſit, vel pulmo cum liene, nec cum corde hepar, veluti nec tibia cum radio, vel cranium cum tarſo: cur potiùs id ſequa-

53. tur in hoc Univerſo? Sed II°. *Sequeretur,* inquit Danæus, *omnes Mundi partes eſſe animatas, velut Solem, Lunam, Sidera, Cælum ipſum, quæque cæleſtia ſunt corpora: quod tamen apertiſſimè negat Aug. lib. contra Priſcill. cap.* 8. & 9. & *veram eſſe hanc Auguſtini ſententiam adverſus Manichæos res ipſa oſtendit. Quis enim aſtra vel animata, vel ratione prædita unquam dixerit?* Equidem, quæ ſit Auguſtini ſuper hac re cum Priſcill. ut cum Manichæis concertatio, planè ignoro: nec operæ pretium erit, pro noſtro inſtituto, de eo eſſe ſolicitos: illud ſcimus certo certius, eam rem in theſi, (niſi aliud quid accedat, quod per ſe illi non cohæret,) ad religionem nihil facere. Unde & ipſe Auguſt. in Enchirid. cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

58. *Nec illud quidem certum habeo*, inquit, *utrùm ad eandem ſo-*
cietatem, (Intelligentiarũ) *pertineant Sol & Luna & cuncta ſide-*
ra: quamvis nonnullis corpora lucida eſſe non cum ſenſu vel intelli-
gentia videantur. Atque ita idem Auguſtinus, vel ipſo Danæo 54.
teſte hoc eodem cit. cap. in fine, ſcripſit aliquando, *ſe dubitare,*
Utrùm Mundus hic animal ſit, nec ne: quod ut negare nolit, ſic af-
firmare non audeat: quæ dubitatio defenſa eſt ab Abelardo, ſum-
mo ſui tempore Theologo, ut aït Bernard. Epiſt. 190. citante
eodem Danæo. Nempe in re dubia noluit Auguſtinus ut Theo-
logus quicquam definire in utramvis partem, ſine claris & ſat e-
videntibus Scripturæ teſtimoniis; ne nimiâ temeritate quadam
ſ. ſ. veritatem infallibilem incertis rebus atque dubiis miſceret: ut
Philoſophus verò noluit quid ſine manifeſta ac ſufficiente ratio-
ne penitus negare, ne fortè videretur vel citra vel ultra rationem
ſapere. Eorum autem, qui dixerunt aſtra eſſe animata, quin & 55.
ſenſu atque intellectu prædita, tot numero fuerunt, quot penè ab
orbe condito fuerunt alicujus nominis Philoſophi. vid. diſp. 9. de
Mund. Opif. q. 3. & 4. conf. Apol. noſtr. ad Art. 3. Quod autem
nobiliores quæque Mundi partes, ut Cælum, ſtellæ, aër, terra, &
quæcunque in iis, animatæ ſint, & vitalia exerceant opera, ita cer-
tum poſtmodùm Aſlaco viſum eſt, ut inter ſua argumenta, qui-
bus *Mundum rectè animatum ſtatui* demonſtrat, id ipſum penè
pro hypotheſi aſſumat, quâ concludat, *neceſſe eſſe, ut Mundus,*
qui aggregatum quoddam eſt ex his partibus omnibus, vitâ prædi-
tus ſtatuatur. *Sidera*, inquit, *ſuâ luce, calore, ac occultâ influentiâ,*
inferiora omnia vegetant, & vivificant: At quâ ratione tribue-
rent aliis, quod in ſe ipſis non haberent, ſaltem gradu eminen-
tiori? *Aër quoque*, inquit, *ſpirituum in animalibus pabulum eſt ne-*
ceſſarium, mirè hæc inferiora fovens, refocillans, & nutriens. Ter-
ram verò & aquam quis vivere neget, cùm ex ſuis ſeminibus tot vi-
talia corpora ex ſe quotidie producant? Sed interim, nulla con- 56.
ſequentia eſt, ſi Mundus ſtatuatur animatus, omnia omnino
Mundi corpora ſimiles operationes debere exercere: fieri enim
poteſt ut fortè Mundus ſenſu & intellectu ſit præditus, cùm in-
terim nobiliores quædam Mundi partes nec ſentiant, nec ratione
utantur. Velut enim in homine ratio ex parte ſoli animæ, ex
parte toti homini convenit; (neque enim dicimus vel hepar, vel

pulmones, vel lienem, vel renes ratiocinari,) ita quoque in Mun-
57. do ſtatuendum eſt. Et veluti in uno eodemque animali non eo-
dem modo omnes partes informat una eademque ſenſitiva anima:
ſed alias quidem ſenſus omnis expertes relinquit, ut oſſa, & vario-
rum viſcerum parenchymata; alias ſenſu inſtruit; ac aliis rurſum
motricem facultatem tribuit, quum aliæ ad eam admittendã non
ſint aptè conformatæ; omnibus autem ex æquo vegetalem quan-
dam vim & operationem communicat: ita certè mirum non
58. foret, ſi in toto hoc Mundo ſimili modo res peragerctur. Ad di-
luendam autem hanc Danæi difficultatem, per partes quodam-
modò procedit Aſlacus, ac varias ſibi objectiones movet. Primò,
*Si Cœlum, Elementa, & cætera Mundi corpora, vitâ eſſent prædita,
tum ſanè animâ, vel vegetabili, vel ſenſitivâ, vel rationali. At ple-
riſque nulla harum convenit.* Ergo, Reſpondet autem negando
Majorem, ob inſufficientem partium enumerationem. *Nam*, in-
quit, *præter dictas haſce animæ facultates, eſt quædam generalis vis
& facultas rebus omnibus indita, quam veteres ac recentiores Phi-*
59. *loſophi vitam ζωτικὴν καὶ ἐνεργητικὴν δύναμιν appellârunt.* Quòd au-
tem præter tres animæ facultates ſuperior & generalior quædam
vis rebus omnibus indita ſit, multis ibidem exemplis manifeſtum
reddit. Certè omnino dici poſſet, longè aliam eſſe rationem ſen-
ſitivæ animæ mundanæ, atque earum quæ variarum in terrarum
orbe ſunt ſpecierum; cùm ne hîc quidem eadem eſt ſenſitivæ
animæ in omnibus animalibus conditio: Longè alia aſcaridi,
quàm cani, equo, aut elephanti anima tributa eſt; cùm tamen o-
60. mnes ex æquo in natura animali conveniant. Deinde difficulta-
tem urget hoc modo: *Si Mundus animatus eſſet, tum omnia quæ
in eo unâ & eadem animâ prædita eſſent. At ſecus fieri videmus. Er-
go.* Reſp. autem per negationem conſequentiæ Majoris. *Non enim
neceſſe eſt*, inquit, *omnes Mundi partes unâ & eâdem animâ eſſe
præditas. In aliis enim ſola eſt vita ἐνεργητική; in aliis ἐνεργητική &
vegetabilis, ut in plantis; in aliis verò ἐνεργητική, vegetabilis, & ſenſi-*
61. *tiva, ut in animalibus*, &c. Nempe, hæc Reſponſionis vis eſt;
quamvis aliqua ſit communis totius & omnium partium Anima
in Univerſo; non tamen inde ſequitur, non convenire ſingulis
partibus proprias ac peculiares animas, ac ita in diverſis corpori-
bus diverſa animarum genera reperiri. Præterquam enim, quòd
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

in uno corpore animali, v. g. cane vel equo, una eademque anima diverſis partibus diverſimodè ſuas facultates diſtribuat, χόλωσιν tribuat ventriculo, ſanguificationem hepati, pulſum cordi & arteriis, viſum oculo, alios ſenſus externos aliis ac diverſis partibus, ſenſum internum cerebro, appetitum ſenſitivum cordi, loco motivam facultatem muſculis: præter unam illam totius formam eſſentialem, varias inſuper videmus formas variis partibus tributas eſſe: Nec enim per eandem formam os eſt os, vel caro caro, per quam partes ſunt unius ejuſdemque corporis animati. Ita in Univerſo aliæ diverſarum plantarum, diverſorum animalium, formæ ſunt vel animæ, per quas plantæ ſunt & animalia ſui generis; alia verò anima eſt omnium, per quam ex æquo in uno eodemque corpore eſſentiali nexu inter ſe conſociantur. Tertio ſic inſtat. 62.
Mundus totus non habet animam, quæ eſt actus corporis organici potentiâ vitam habentis. Proinde animâ aliquâ non eſt præditus. Reſp. Propoſitionem abſolutè falſam eſſe. *Non enim,* inquit, *quia Mundus ſecundùm totum caret animâ illâ organicâ, ideo protinus vitâ ἐνεργητικῇ privabitur.* Nos ſolidiùs reſpondere poſſumus, negando Aſſumptionẽ. Reverà enim corpus organicũ Mundi anima poſſidet: quamvis Mundus non habeat organa caninis vel equinis organis ſimilia; quemadmodùm nec organa horum animalium cum organis piſcium vel lumbricorum ſimilitudinem habent. Mundo igitur organa ſuis operationibus convenientia tributa ſunt, ut antè diximus. Suntque ipſe Sol, Luna, aliaque ſidera, Mun- 63.
di quædam organa, motui ipſius inſervientia; per partes enim Mundus movetur. At veluti in animali humano cerebrum ſupremam ſedem occupat, indeque in inferiorem corporis regionem ſe dimittit, ac propagine nervorum minutiſſimos paſſim ductus perreptat; ita æther in ſublimi vaſtiſſima ſpatia tenet, ac deorſum ſe diffundens inter alia corpora quævis ſe inſinuat, ut minutiſſimos etiam terræ & aquarum porulos pervadat. III. Porrò con- 64.
tra Mundi animam tale argumentum movet Danæus. *Cùm ipſarum Mundi partium quædam ſint mortales, ut bruta; quædam immortales, ut homines; qui fieri poteſt, ut una hæc Univerſi Mundi Anima ſingularis tam contrarias ſibique ipſi repugnantes qualitates & conditiones admittat, ut ſit altera quidem ſui parte mortalis, alterâ verò immortalis? præ-*

ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſertim cùm ſit ipſa ſingularis , una & ſimplex , non autem duplex & compoſita. Reſpondet ad hoc argumentum Aſlacus: *Mortalem eſſe Mundum reſpectu animæ vegetabilis & ſenſitivæ. Hac enim,* inquit, *ubi exſtinguuntur, interit minerale, planta, vel animal. Nam plantæ à radice ſua avulſæ, quoad vitam vegetabilem exſtinctæ ſunt: At vivunt nihilominùs quoad vitam ἐνεργητικὴν* (ſeu illam univerſalem,) *quippe quòd ad uſum humanum accommodatæ*
65. *vitales ſuas functiones exerceant.* Nos reſpondemus, ex falſa hypotheſi argumentari Danæum: præſupponit enim unam in toto Univerſo animam univerſalem ita concipi, ut omnes animæ particulares excludantur: Ac ſi omnes partes Mundi per unam eandemque animam communem & ad ſpecificam eſſentiam totius pertinerent, ac ſimul per eandem propriam ſuam eſſentiam ac naturam obtinerent. Quæ ſanè hypotheſis aliorum conceptibus, qui Animam communem Mundo tribuunt, haudquaquam re-
66. ſpondet. Velut enim os vel caro in corpore animali per formam ſuam, ac naturam propriam, ſpecificum ſuum eſſe habet, (quo manet os vel caro, etiam quando à reliquo corpore ſeparata eſt, vel communis anima extincta eſt,) dum interim cum reliquis partium naturis uni animæ communi ſubjicitur, quæ omnes partes naturaliter colligans unum eſſe ſpecificum animali tribuit: ita in Mundo evenire cogitandum eſt. Sic ergo dividua quædam natura vel οὐσία, ut Plato vocat, in Mundo eſt, hoc eſt, diverſis rerum ſpeciebus diverſæ naturæ tributæ ſunt; dum interim una quædam
67. totius, in ſe indiviſa, natura exiſtit. Ac veluti in homine ſimpliciſſima eſſentia eſt, quæ hominem quâ homo eſt conſtituit, cùm tamen hæc eſſentia naturam animalem ac vegetalem non excludat; ita in hoc Univerſo, ſub unica eſſentia totius, longa naturarum variarum ſeries ſubordinationis datur. Ad cujus rei clariorem explicationem faciunt, quæ expoſuimus Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 7. q. 1. à § 13. uſque ad finem. Confer. ea etiam, ſi lubet, quæ de Anim. Hum. Subſt. peculiari diſſertatione exhibuimus.
68. Veluti tandem in uno eodemque animali continuè partes aliæ vi caloris abſumuntur, ac continuè vi nutritionis aliæ reſtituuntur in earum locum, reliquoque corpori in unum conſociantur, manente interim eodem animali, ac ipsâ permanente animâ per ſe penitus indiviſibili, ita ut non poſsit dici parte ſui aliquâ perire,

aliâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

aliâ verò ſupereſſe ; ita contingit in hoc Univerſo partem unam
ſuâ naturâ priori exui, & aliam eodem genere indui:nulla tamen
interim parte materiæ ex ipſo Mundo excedente vel pereunte,
(cùm hic omnino omnem materiam ac locum ſuo ambitu com-
plectatur:) ut ita Mundo præ cæteris animalibus proprium ſit,
quòd, ut Plato loquitur, ſui ipſius abſumptione & ſenio ſeipſum
alat. Atque eâ ratione evenit,ut nunquam ulla pars materiæ com- 69.
muni illâ Mundi animâ privetur. Hominis autem ſolius longè alia
ratio eſt quàm cæterarum Mundi partium. Hic enim, quâ parte
penitus eſt immortalis, mundanæ animæ ſubjectus non eſt, nec
ad Mundi partes ſpectat ; univerſo Mundi corpore ſuperior &
eminentior, ut etiam ex Platonis mente declaratum eſt: At quâ
parte interim cum animalibus affinitatem habet, eâ ſimili cum
cæteris & ipſe ſorti naturaliter ſubjectus eſt. Ex hiſce autem jam
expoſitis manifeſta eſt ſolutio argumenti à Danæo proximè ſub-
juncti. Nempe IV. *Etiam in rebus ipſis,* inquit, *quæ moriuntur,* 70.
*quædam citiſſimè pereunt, ut vermiculi & muſcæ; quædam diutiſſi-
mè vivunt, ut cedri arbores,cornix,& cervus : unde fiet ut hæc
Mundi anima, quæ tamen ex iſtorum ſententia tantùm una eſt,
& numero ſingularis, & ſola, partim mortua dici poſſit, partim
viva.* Hypotheſis perperam conſtituta eſt, ut apparet ex ſolutio-
ne argumenti præcedentis. Quare plura hîc non addimus. V. Una 71.
tandem ratio Danæi ſupereſt, eaque unica quæ videatur aliquod
periculum innuere quoad Religionem : hanc ergo, quòd è ſacra
Pagina diducta videatur, in ultimum reſervat ictum. Urget au-
tem *quòd eo pacto* (aſſertâ quadam Mundi animâ,) *Dei ſingulis
rebus proprias & diſtinctas vires donantis & inferentis, bonitas &
ſapientia non modò obſcuratur, ſed prorſus exſtinguitur, & ex ho-
minum animis evellitur, dum alii cuidam naturæ & animæ, non
autem ipſi Deo eas vires, eamque rerum adminiſtrationem tribui-
mus, contrà quàm tamen ſentire & confiteri docemur, Pſalm.* 147.
v. 15. 16. *Eph.* 3. *v.*20. *Job.*8. *v.* 20. Horrendum ſanè nefas!
Ac omnino execrandum monſtrum erit illa Mundi anima, ſi qui-
dem diram hanc impietatem atque ἀθεότητα importet. At ſanè, 72.
ſi rem propiùs examinemus, infirma admodùm eſt conſequentia,
Si Mundus animatus ſit, ac vires proprias habeat, à Deo ſibi indi-
tas, ipſi Deo illas vires eripi, ipſamque rerum omnium admini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſtrationem. Nam certè, (ut ſuperius à nobis dictis ad Medit. 4. præſentis Sect. paucula addamus) per eandem conſequentiam omnino omnis etiam Natura poſſet tolli, ut ne vel animali quidem cuiquam propria ac naturalis aliqua facultas incedendi eſſet tribuenda: (ne quid de libertate arbitrii humani impræſentiarum addam:) quâ quidem conſequentia à noſtris Theologis conceſsâ, omnino firmum contra nos haberent argumentum Adverſarii,
73. pro Dei providentia in rebus naturalibus. Si enim quodvis animans virtute ſibi inditâ ac naturali actiones proprias exequitur; vi quidem conſequentiæ prædictæ divina adminiſtratio circa eas non habebit locum. Videte, quæſo, Candidi Lectores, quò non tandem conſequentiæ ineptæ, nullo nexu rebus ipſis cohærentes, nos deducant. Mirum ſanè à præclaro illo Viro, ac Clariſſimo Theologo, inſignem hunc paralogiſmum, ac periculoſum conſequentis minimè ſequentis nexum, eſſe inſtitutum: Ut adeò haudquaquam mirum ſit, quod ſententiam priorem circa Mundi formam, (quam multæ rationes unam aliquam communem probant, at quam non niſi unica eaque nimiùm inepta conſequentia videtur improbare,) poſtmodùm mutaverit, ut antè ex eo-
74. dem manifeſtum dedimus. Agnovit tandem procul dubio ineptias quorundam, verè explodendas ac eliminandas è Theologia ſaniore: de quibus nempe Scaliger Exercit. 68. ſect. 1. perſtringens ac irridens nimis futilem opinionem, quâ nonnulli omnia à Deo ita effici contendunt, ut ſecundis cauſis nullibi facultas aliqua agendi vel concurſus tribuatur: *Quod*, inquit, *quibuſdam novis noſtri ſæculi Theologis perſuaſum ita fuit, ut & vulgò diſcipulis ſuis perſuaderent, lapidem non à forma propria ſed à Deo moveri*, (quaſi Deus & ſecundæ cauſæ eſſent oppoſita:) *Qui tam fuerunt imprudentes, ut contemnerent rationes, atque ſophiſmata eſſe dicerent: appellarentque perniciem ac cœnum ſinceræ religionis: tam bonarum artium ignari, ut non viderent, ſeſe hac ſuperſtitioſâ ſanctâque agreſtitate non ſolùm comitem, ſed etiam*
75. *autorem facere Deum fœdiſſimarum actionum.* Longè majori cùm prudentia Zanchius de Oper. Creat. part. 2. lib. 1. cap. 3. theſ. 2. *Alterum à primo profectum, illudque internum rerum principium* ſtatuit, quod ſit *ipſa Natura*, rebus à Deo inſita: quæ tum ſecunda Natura à peripateticis, tum Anima Mundi à Platonicis appellari

ſoleat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſoleat. Hanc verò rationem reddit, cur *internum rerum omnium quas naturales vocamus, principium* dicat, *quòd corporibus omnibus tanquam interna quædam illorum cauſa inſit. Nullum,* inquit, *corpus hoc principio carere poteſt, & quæcumq; vi hujuſce principii ab illis fiunt actiones, naturales appellantur.* Ac tandem, *Eſſe autem Naturam hanc rebus à Deo inſitam apertè liquet ex toto Moſis contextu in 1. cap. Gen. qui docet & res omnes, & ſemina quæ in ipſis ſunt, omnemque illarum virtutem movendi ſeſe & alia producendi à Deo rerum omnium conditore profectum eſſe. Huc illud: Producat terra, i. e. vim à me acceptam habeat producendi germen. Item, creſcite & multiplicamini.* Naturales autem illæ vires & actiones ipſi 76.
Naturæ à Deo conceſſæ, haudquaquam excludunt ſupernaturales Dei circa Naturam ipſam operationes; ſed illæ omnino hiſce ſubordinatæ ſunt, ac unà cum Deo, ſupernaturaliter concurrente ac operante, naturaliter ipſæ concurrunt & agunt, ad unum eundemque effectum producendum. Conſervantur enim, foventur, reguntur, gubernantur omnia à Deo, dum propriâ & à conditore ſibi conceſsâ facultate naturaliter agunt: adeóque omnia quæ ſunt omnino ſecundùm eſſe, ſecundùm vires, ac ſecundùm operationes ſuas, à Deo conſervante ac dirigente dependent ita, ut ipſa Dei conſervatio ſit continua creatio. Ac ſane in eo imprimis im- 77.
menſa Dei bonitas eluceſcit, quòd non modò rebus ipſis eſſe ſit largitus, ſed etiam proprias vires indiderit, ſecundùm quas naturæ ſuæ convenientes operationes ſingulæ poſſent exercere. Ac in eo Dei ſapientia extollitur, quod propria illius virtus & operatio, quam ſibi in cujuſvis effecti productione peculiarem ſervat Deus, ejuſdemque in rebus omnibus ac ſingulis adminiſtratio, *non tollat, aut deneget* (loquor cum Danæo ipſo ex Iſag. Chriſt. ad Loc. comm. part. 1. lib. 1. cap. 32.) *cuique rei eas vires, quas ipſe indidit, vel ad opus aliquod faciendum, vel ad ſubſerviendum alterius operi.* Sapientiſſimæ ſanè bonitatis & pulcherrimæ ſapientiæ illud omnino luculentiſsimum indicium eſt, quòd Deus *tantum virium & potentiæ & facultatis,* ut loquitur idem cit. loc. *etiam retentâ Dei Providentiâ relinquat cuique rei, quantum Deus ipſe illi tribuit, conceſſit, & ineſſe voluit.* Quòd ſi Dei bonitas ex eo reful- 78.
geat, quòd ſemetipſum quoad exiſtentiam communicârit Creaturis; an non eadem excellentior & per ſapientiam illuſtrata ma-

 gis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

gis, apparebit ex eo, quòd inſuper agendi facultates proprias indiderit, quòd etiam à ſe ac per ſe mobilem fecerit Creaturam, ſervatâ nihilominùs ſuâ potentiâ propriâ, ac rerum omnium ad-
79. miniſtratione. Si quis humanus artifex artificioſam machinam efficiat, & in inſignem uſum aliorum erigat pro ſua liberalitate, ejus certè bonitas omnino laudibus eſt extollenda, quâ ſuum animum & operam in alios contribuit, & ſapientia quâ potuit ſperato commodo conficiendo organum aptiſsimum per artificioſam manum & induſtriam ingenii ſui adornare: At ſi eandem machinam, dum ipſe curam gerat omniũ ac ſingulorum, in ſeſe mobilem effecerit virtute partium in invicem nitentium, an ideo extenuan-
80. da erit ejus bonitas vel ſapientia? Ita ſanè nec divina gloria exſtinguitur, vel parte ullâ obfuſcatur, ſi rebus ipſis aliquod internum ſuarum actionum principium indidiſſe ſtatuatur: dummodò id piæ menti comparatum eſt, quod ipſum etiam Naturæ lumen rationi ſubminiſtrat, *in Sole, in ſemine, in grano* (verba ſunt ipſius Danæi ex cit. loc.) in rebus omnibus ac ſingulis, *vires ipſas quas habent à Deo eſſe, non ab iis ipſis rebus; & eas à Deo in ſingulis earum actionibus cieri, & promoveri, & vivificari: quoniam alioqui in iis ipſis rebus illæ jacent mortuæ & inutiles, niſi Deus eas excitaret, & efficaces redderet, quoties agunt, quoties Deus illis velut*
81. *ſecundis cauſis utitur.* Sic ergo de ipſa quoque Mundi anima & intellectu ſentiendum eſt: à Deo eſſe, à Deo conſervari, à Deo vires obtinere, eaſque à Deo foveri, promoveri, vivificari; adeóque Deum unicum ac ſolum eſſe *qui operetur omnia in omnibus.* Hanc nobis ſapientiam non modò fides ſubminiſtrat, ſed ipſa quoque ratio, divino operi per pias meditationes commodè admota, ſuppeditat: Hanc veritatem ipſe Plato fuit tuitus: hanc cũ Platone agnoverunt reliqui Gentiles, qui inviſibilia Dei, jam inde à Creatione Mundi, ex iis quæ fecit mente perluſtrârunt, æternam ejus tum potentiam, tum divinitatem, quæ ipſa Dei bonitas ſapientia ac Majeſtas eſt: quamvis interim veritatem ipſam detinuerint; ac cùm Deum cognoverint, eum tamen non glorificave-
82. rint, nec gratias eidem egerint, ut loquitur Apoſt. Rom. 1. Hiſce ergo, ſi vel Mundi Animam non admiſerunt, id non profuit ad pietatem; aut ſi eandem agnoverunt, non obfuit idipſum acquirendæ Dei notitiæ: quippe nihilominus τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ *id omne*

quod

quod de Deo ſciri poteſt naturaliter, manifeſtum fuit in *animis eorum, æterna ejus potentia & divinitas*: ut minimè adeò fuerit obfuſcata iis aut exſtincta Dei ſapientia ac bonitas. At cur divinam *veritatem in injuſtitia detinuerint*, hæc cauſa redditur, *quòd vani facti ſunt in ſuis ratiocinationibus*, *& quòd obtenebratum fuit deſipiens cor eorum*. Quod utinam non aliis quoque olim contigiſſet, & non iis etiam in poſterum contingeret, qui vel igni & aquâ interdicunt Animæ mundanæ, ne, dum ſe ſapientes dictitant, evadant ſtulti: Hæſerunt certè illi quos redarguit Apoſtolus 83.
in naturis particularibus; non in ipſa *Univerſi Anima*. Nec enim vani facti ad ſublimitatem illam rerum ſuſtulerunt animum: quò ſi conſtantes cogitationes erexiſſent, ad ipſum Creatorem fortè propiùs admoti eſſent, ut eum ſolum glorificâſſent, eidemque ſoli gratias egiſſent: Sed ad inferiora, atq; ea quæ ad manus ſunt, naturam nempe ſparſam ac dividuam devoluti, ad ea ſeſe contulêre quilibet, quæ vel maximè admirabantur, vel unde fortè maximum ſperabant commodum. Hinc *Mutârunt gloriam incorruptibilis Dei*, non in ideam univerſalis alicujus Animæ, vel aſſiſtentis Mundo Intelligentiæ, quæ omnia credatur regere ac gubernare; ſed *in ſimulachrum imaginis corruptibilis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium*. Sed ſupervacaneum videbitur 84.
fortaſſe pluribus perſtringere eas rationes, quas Danæus tandem ipſe nullas eſſe novit; quas ipſemet rejecit ultrò, cùm poſtmodùm ſententiam mutavit. At interim, ſi vel ad mentem præſtantiſſimi Danæi, & ad ejus argumenta attendamus aliquanto propiùs, reverà non omnino improbavit quandam Mundi Animam; ſed talem tantùm, quæ ſit rebus omnibus ex æquo *una atque ſingularis*, quæ nempe unas eaſdemque operationes, ſive vegetandi, ſive ſentiendi, ſive intelligendi, in corporibus quibusvis exequatur, nec adeò relinquat rebus ſingulis naturas proprias ac ſingulares, variiſque rerum ſpeciebus varias ac diverſas: Hanc certè ipſamet experientia refellit; & ad hanc Danæi argumenta collimabant. Hoc ſenſu meritò negabat lib. 1. Phyſ. Chr. cap. 27. unicam formam οὐσιώδην ſtatui poſſe; *ſed ſuam* inquit *cuiq; rerum generi & naturam & formam à Deo datam eſſe*, &c. Imprimis au- 85.
tem illam Ethnicorum Mundi Animam rejecit, quæ ab ipſo Deo non diſcernebatur: quâ adeò divina Providentia vel planè tolle-

batur, vel ad ordinem Naturæ alligata credebatur: unde ſuum Fatum, Εἱμαρμένην, Stoïci finxerunt; inevitabilem nimirum ſeriem ac nexum omnium cauſarum, quē nulla vis rumpat, cui ipſe quoque Deus ſit aſtrictus. Nempe hanc de Mundi Anima ſententiam reſpexit unicè Danæus, damnavit, proſcripſit, *quam ſecutus eſt*, ut ipſe loquitur, *qui ita ſcripſit & cecinit:*

Principio cœlum ac terras campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Hæc, inquit, *non tam ſententia & γνώμη eſt, quàm graviſſimus quidam error, quemadmodùm docet Aug. lib. contra Felician. A-*
86. *rian. cap.* 12. Quæ autem & qualis hæc ſententia fuerit paulò pòſt plenius innoteſcet. Certè agnoviſſe ipſum Danæum in Univerſi mole, etiam tum cùm Mundi Animam impugnabat, δύναμιν quandam ζωτικὴν καὶ ἐνεργητικὴν communem omnium, ex ipſa illa part. 1. Phyſ. Chriſt. cap. 15. manifeſtum eſt, cùm inquit, *Spiritum Dei robur vegetum indidiſſe tam magnæ moli, non ſolùm per quam eſſet, ſeſeque ſuſtineret & tanquam portaret; ſed etiam vim quandam inſeruiſſe, injeciſſe, & excitaſſe in ea, per quam poſtea ad*
87. *parturiendum & velut concipiendum incaleſceret.* Porrò *in Caſmanni Scholis Philoſophicis* non putem quicquam inveniri magis urgens, quàm quod jam hactenus luſtravimus, quo Mundi Anima periclitetur, vel quod non expeditè queat ſolvi. Nobis quidem jam ob copiam deſideratam non licebit eas viſitare. Hoc unum ſatis eſſe credimus, pro omni præjudicio tollendo, quòd ipſemet Aſlacus, qui ad eas, velut item ad Danæum, alios remiſit olim, in iiſdem noluit ſubſiſtere: ac fortè unâ eâdemque operâ Caſmanni ac Danæi rationes contra Mundi Animam conatus eſt
88. diluere. Urgentiſsima autem ſanè cauſa eſt, quâ ipſemet Aſlacus tandem à Lactantii ſententia illa ſe abduxit, quam olim (noſtro Theologo citante,) viſus eſt probare: at quam etiamnum probat atque urget Theologus. Hæc nempe illa ipſa eſt, quam unicè damnavit præſtantiſsimus Danæus, à qua tantoperè abhorruit Auguſtinus, ut *non tam ſententiam vel γνώμην, quàm graviſſimum er-*
89. *rorem* pronunciaverit. *Noſtrorum primus Maro*, inquit Lact. l. 1. Inſt. c. 5. (probante Theologo noſtro,) *nō longè fuit à veritate: cujus de ſum-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

de ſummo Deo, quẽ Spiritum ac Mentem nominavit, hæc verba ſunt:
Principio cælum & terras, &c. Ac ne quis fortè ignoret, quisnam eſſet
ille ſpiritus, qui tantum haberet poteſtatis, declaravit alio loco, dicens:

Deum namque ire per omneis
Terraſque, tractuſque maris, Cælumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.

Profectò non caret hæc Virgilii ſententia periculoſo illo & im- 90.
pie Stoïcorum errore, quem paulò antè tetigimus, quo nempe
Deum ipſum Mundi Animam vel Animum fecerunt; à quo lon-
gè alieniſsimus fuit Plato: aliaque non minùs pernitioſa hîc deli-
teſcunt, quæ mox aperiemus, & è ſacro loco exturbabimus. Per
Spiritum equidem, qui Cælum & terras atque aſtra intus alat,
Animam Mundi indigitavit Virgilius, ſine qua inquiebat Pla-
to Intellectum Mundo dari non poſſe. Illum *Spiritum* Virgilii
Naturæ nomine expreſsit Ovidius in init. Metam. hanc, ſuo ſenſu
quocunque, ſociam cauſam Deo adjungens, ubi inquit: *Hanc*
Deus & melior litem NATURA *diremit.* Nempe Spiritum in- 91.
tellexêre, quem cum Triſmegiſto univerſa Antiquitas Mundo
tribuit. *Spiritu,* inquit ille in Dial. Aſclep. *miniſtrantur omnia, &*
vegetantur in Mundo; & quaſi organum & machina ſummi Dei
voluntati ſubjectus eſt. Per hunc Spiritum Mundum vivere ac ſen-
tire arbitrabantur. Ita namque Laërtius in Zenone ipſorum quo-
que Stoïcorum ſententiam exponit, quòd præter Intellectum ſeu
Mentem, quâ Mundus inſtructus ſit, Animam ab illa diſtinctam
agnoverint, quâ ſit Animal, ſeu natura animata & ſentiens: *Quod*
autem animal ſit Mundus, inquit, *& rationale, & animatum & in-*
telligens, aſſerit Chryſippus, & Apollodorus, & Poſidonius. Ani-
mal quidem ita, ut ſit natura animata & ſentiens. Quod enim ani-
mans, non animante præſtantius eſt; nihil autem Mundo præſtan-
tius. Animans eſt igitur. Hactenus quidem abſq; offendiculo ſen-
tentia procedit. Sed præter naturam hanc animatam & ſentientem, 92.
ipſam quoque Mentem ſeu rationem addunt: eodem argumento
quo Plato; at non eadem pietate. Hæc equidem Zenonis verba
ſunt in Sext. Empirico. *Si quod particeps rationis, eſt melius eo*
quod eſt illius expers: eſt ergo Mundus particeps rationis. Mente ergo
Mundum præditum dixerunt. Sed, (ubi latet anguis,) illam Men-

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tem dixerunt eſſe Deum,quam Plato à Deo datam ac procreatam
affirmabat. Unde Joh. Damaſcenus de hæreſib. *Stoïci*, inquit,
*Deum ſtatuunt Animum hujus Univerſi; Corpus ejus ipſum Uni-
verſum: Oculos verò Solem, Lunam, & aſtra.* Ita Cicer. 1. Acad.
*Mundum naturâ ſentiente teneri, in qua ratio perfecta inſit, quæ ſit
eadem ſempiterna. Quam vim Animum eſſe dicunt Mundi, ean-
demque eſſe Mentem Sapientiamque perfectam, quam Deum di-*
93. *cunt.* Hoc idem Virgilii verba innuunt: *Totamque infuſa per ar-
tus* (animati corporis ſeu *Spiritu* inſtructi,) *Mens agitat molem,
& magno ſe corpore miſcet. Deum namque ire per omnia* ſentit: ac
ita quidem, ut *magno ſe corpore miſceat,* hoc eſt, Mundano cor-
pori ὑποστατικῶς uniatur, ſive ut forma informans ſe habeat, ſive
94. ut forma aſsiſtens. Ex hac opinione pullulârunt horrenda illa
Stoïcorum effata, quibus Deum Naturæ ita aſtringunt, ut ſine
Natura nec operari nec eſſe queat. *Ut Natura ſine Deo non eſt,* in-
quit Seneca, lib. 4. de benef. cap. 8. *ita nec Deus ſine Natura.* Ita
Galen. lib. 11. de uſu part. cap. 14. *Neque ſi Creator repente lapidem
voluerit hominem efficere, id in illius poteſtate eſt ſitum.* Et mox:
*Eſſe quædam dicimus, quæ naturâ fieri non poſſunt: & hæc omnino
à Deo non attentari.* Certè talibus impiis effatis, ex prædicta ſen-
tentia pullulantibus, nemo Chriſtianus non dixerit anathema.
95. Nos longè aliter pronunciavimus diſp. 2. de Mund. Opif. q. 1. §
16. Ubi Naturam quidem Univerſo tribuentes univerſalem,
Deum ipſum, Naturæ Autorem & Opificem diximus, *qui Naturæ
haudquaquam alligatus, per Naturam quidem, cui mirabiles ipſe
inſevit facultates, operatur ordinariè; at ſine Natura tamen, & ſu-
pra Naturam, poſſit omnia: cùm ea quæ Naturæ ſunt conceſſa ab eo-
dem; tum ea quoque, quæ Naturæ facultates omnes tranſcendunt.*
96. Illa prædicta Virgilii ſententia infinitum Deum finitum facit; &
corporeâ Mundi mole, licet utcumque magnâ, non tamen infini-
tâ, coërcet: cui nempe ſit permixtus. Hinc illa impia Ariſtotelis
quoque ſententia dimanavit, quâ 12. Metaph. Deum Mundi for-
mam aſsiſtentem ſtatuens, aſſerit, Si plures eſſent Mundi, plures re-
quiri primos motores. Nec immeritò ſanè illam ex ſua, quę & Stoï-
corum fuit, hypotheſi, concluſionem infert. Una enim forma, ſive
informans ſive aſsiſtens, non niſi uni corpori ſeu materiæ conſo-
ciata eſſe poteſt: nec verò extra ſuum corpus ſuas vires poteſt exer-
cere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

cere. Illam verò opinionem meritiſsimè evertit Auguſtin. lib. 7. 97.
de Gen.ad lit.cap.12. Ubi Deum hujus Mundi tanquam animan-
tis animam eſſe negat, quando ipſe ſupra Mundi corpus omnem-
que ſpiritum habitat,atque etiam extra Mundi totius fines diffun-
ditur. Certè, utcunque tandem Mens divina infuſa per artus,
Mundi ſe corpori miſcere credatur, impietas graviſsima evitari
nullâ ratione poteſt: ut pleniùs à nobis demonſtratum eſt diſp. 2.
de Mund.Opif.quæſt.3.à § 4.uſque ad § 11. Imprudenter ergo o- 98.
mnino Lactantius hanc impiam Stoïcorum ſententiam probat,
quando ſubjungit: *Quòd ſi vel Orpheus, vel hi noſtri* (Virgilius &
Ovidius,) *quæ naturâ ducente ſenſerunt in perpetuum defen-*
diſſent, eandem quam nos ſequimur doctrinam comprehenſâ ve-
ritate tenuiſſent. Profectò, quantum infinitum diſtat à fini-
to, quantum Creator à Creatura, quantum Deus à Natu-
ra, tantum prædicta illa Maronis ſententia, à Lactantio tanto-
perè laudata, à Theologo noſtro probata, à veritate Religio-
nis Chriſtianæ eſt remota: (ne jam de ſocia illa Dei in Creatione
cauſa, quam *Naturam* Ovidius appellabat, impræſentiarum quid
adjungam.) Ut ſanè ſatis mirari non poſſim, & ipſum Aſlacum,
qui Lactantii, & eruditum noſtrum Theologum, qui Aſlaci erro-
rem ita avidè amplexus eſt. Sed illi fortaſſe id quod humanum
eſt acciderit; at hunc profectò inſana alios inſectandi libido im-
pulit, & à mente ſeduxit. Sic verò egregiè, ſi Deo placet, Mun- 99.
di Anima ejecta cenſebitur, ſi jam loco Naturæ vel Animæ Mens
ipſa divina corpori mundano permixta ſtatuatur; ſi Mundus ipſe
Deus adorandus depingatur & obtrudatur, ob arctiſſimam ac
verè hypoſtaticam divinæ mentis cum Mundano corpore con-
nexionem & unionem. Ita, *Quid eſt Deus?* inquit Seneca Præfat.
ad quæſt. nat. Ac reſpondet: *Mens Univerſi. Quid eſt Deus?* in-
quit iterum: *Quod vides totum, & quod non vides totum.* Corpus
nimirum ipſum Univerſum viſibile eſt; at forma inviſibilis Ani-
mus. Sic Epiſt.92. *Totum hoc quo continemur*, inquit, *& unum eſt,*
& Deus eſt. Sed Aſlacus quidem graviſſimum ſuum errorem poſt- 100.
modùm agnoſcens, eumque corrigens, reſipuit, & quid per *Spi-*
ritum illum, Cœlum & Sidera intus alentem & agitantem intelligi
malit, ipſemet exponit, quando Phyſ.Chriſt.gen.cap.12. Probl.1.
pag. 61. *vivificam quandam virtutem, Mundo & omnibus ejus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

partibus in prima Creatione divinitus infuſam profitetur & inculcat, *quâ omnia exiſtunt, ſuſtentantur, & vires efficaciſſimas ex ſe diffundunt atque transfundunt:* ac ideo pag. 63. *Cœlum, aërem, terram, quandam virtutem in ſe habere* aït: Tandemque ibidem concludens, *toti Mundo, & rebus omnibus, inſitam eſſe virtutem* ζωτικὴν & ἐνεργητικὴν, in hæc verba deſinit: *Atque hic Spiritus &*
101. *Anima Mundi communis.* Sic ergo hanc ἐνέργειαν aut ἐντελέχειαν non Deum ipſum, ſed *divinitus in prima Creatione infuſam vim* pronuncians, ad meliorem mentem ſe reverſum teſtatur: quam utinam noſtro etiam Theologo Deus addat aliquando, eumque ab impio Stoïcorum errore, (quam fortè prævidimus diſp. 2. de Mund. Opif. quæſt. 1. § 22.) revocet in Chriſtianam veritatem. Quod quidem ex animo precamur & vovemus. Præſtaret profectò vel Epicureum vel ἄθεον velle haberi, quàm adeò ſub falſo Chriſtianiſmi prætextu inſanire, ut Deus ad virtutem creaturæ adſtringatur. Qui enim Deum vel ignorat vel non agnoſcit, is ſibi ſoli damno eſt: at qui finitum Deum aſſerit, aut facultate o-
102. perandi limitatum, in Deum ipſum eſt injurioſus. Sed ne quidem una tantùm ac ſola jam expoſita impietas ſub illa à præclaro noſtro Theologo probata Lactantii opinione deliteſcit; aliam ipſe inſuper, nō minùs periculoſam, hanc comprobando probat. Scilicet, à Deo per omnia infuſo, ac magno corpori miſto, *pecudes, armenta, Viros, genus omne ferarum, Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.* Exactiſsimè & illa deliriis quorundam Stoicorum congruunt: qui animas noſtras *à divina mente decerptas*
103. pronunciarunt. Idipſum quoque cohæret Chryſippi, Apollodori, & Poſidonii, Stoicorum ex Laërti Zenone paulò ante citatorum, opinioni: ubi additur, *Animatum verò eſſe* (Mundum,) *liquet ex noſtra Anima, quæ particula avulſa eſt ab illo.* Sic idem in Zenone, *Animæ Univerſi partes eſſe animantium Animas.* Et apud Plutarchum, *Anima mentis & rationis conſors, non opus ſolùm Dei, ſed &* Pars *eſt ab ipſo, ſed* Ex Eo *eſt facta.* Quin imò ulterius tendit Seneca, item Stoicus, Epiſt. 92. *Cur non exiſtimes in eo divini quid exiſtere, qui* Dei Pars *eſt? Totum hoc,* inquit, *quo continemur, & unum eſt, & Deus eſt: & ſocii ejus ſum-*
104. *mus, & membra.* Hanc certè indignam Chriſtianis auribus opinionem Theologus noſter jam antè etiam ad amuſsim, at tacitè,

probare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

probare videbatur, Sect. præced. Medit. 4. & 14. coll. cum Sect. hujus Medit. 1. quando nempe ſublatâ è definitione Creationis *productione ex nihilo*, ſubſtituit *Efficientiam ex Deo.* Hinc denique novorum ex Socini Schola Thnetopſychitarum pernitioſa opinio dimanavit, qui Spiritum noſtrum, qui ad Deum redit, ita *divinæ particulam auræ* tradunt, ut *quæ nullam habeat extra Deum in ſe ac per ſe ſubſiſtentiam*, apud Anonymum tractatu Belgicè edito Anno 1631. & Volckelium de vera Relig. libr. 3. cap. 11. Cujus opinionis Autores etiam inter antiquos Hæreticos referuntur. Auguſt. illius originem Gnoſticis & Manichæis adſcribit, lib. de Hæreſ. cap. 46. & 70. Irenæus Carpocratem illius Autorem facit lib. 1. contra hæreſ. cap. 24. Expendant autem alii, 105.
quâ ratione Theologus noſter non manifeſtè hanc hæreſin, in verbis Virgilii, ex communi illius Sectæ opinione deliteſcentem, magis inſuper confirmet ac probet, quando etiam Animam noſtram rationalem, quæ eſt *determinata* quidem *ad corpoream ſubſtantiam & ad unam cum eadem ſubſiſtentiam*, negat eſſe *ſubſtantiam in ſuo genere completam ac perfectam*, & *ratione propriæ ſubſiſtentiæ abſolutam*: Expendant, inquam, alii, quâ ratione Noſter animam rationalem à corpore ſeparabilem agnoſcat, ut non illico in unam Dei ſubſtantiam, cujus velut ἀπαύγασμα, irradiatio, vel decerpta particula ſit, reverti credatur, dum propriâ eam ſub- 106.
ſiſtentiam exuit. vid. Apol. noſtr. ad Art. 1. Sed ſatis ſuperque de illa periculoſiſſima Stoicorum ſententia: quam una cum Virgilio Theologus noſter fovet; quam cum Lactantio probat & amplectitur; ad quam, repudiatâ Mundi animâ, quæ ſit à Deo condita, ac illius virtuti & adminiſtrationi ſubjecta, amplectendam haud obſcurè omnes invitat & hortatur. Sed hunc errorem malumus illius imprudentiæ adſcribere, quàm animo in Deum admodùm iniquo: Pleniorem interim mentem ejus cognoſcamus.

MEDITATIO X.

Quicquid ſit de Platone bene an ſecus intellecto, (quam litem nos non facimus noſtram,) omnino Animus ſeu Mens illa in Mundo, qui Mundum ciet, Principium eſt Creationis, externum non internum, Mundum formans, non informans: Deus ipſe & Dei Spiritus: quem qui permutant cum forma Mundum informante, auferunt neceſſarium elenchum & demonſtrationem Dei veri enter & potenter

& potenter ubique præſentis & operantis, ex Mundi admirabili compage, Motu, & Cauſarum ordine, apud Ethnicos, qui Deum palpando quærunt: Act. 17. 27. Vel ſcandalum illud ponunt cæcis illis, ut pro increato creatum Spiritum, (ut operantem omnia in omnibus Deum,) proclivi lapſu adorent.

COMMENTARIUS.

1. *Quicquid ſit de Platone*, inquit, *bene an ſecus intellecto, (quam litem nos non facimus noſtram,) omnino Animus ſeu Mens illa in Mundo, qui Mundum ciet, Principium eſt creationis, externum non internum, Mundum formans, non informans: Deus ipſe & Dei Spiritus.* Platonis ſententiam quod attinet, eam ſatis claram dedimus ex propriis illius verbis: ubi *non bene ſed ſecus intellectum* eſſe à Theologo noſtro, longè eſt evidentiſsimum: quod item pluribus, ſi foret opus, ac in eo cardo rei verteretur, à nobis reddi poſſet manifeſtum. Rectè autem ſibi conſulit tandem D. Doctor, quod litem de Platone non faciat ſuam: quippe quem nunquam ipſe vidit, & cujus adeò philoſophemata ipſi ſunt myſteria. At malè interim agebat antè, quòd Viro, quem non noverat, *commenta* aliqua affingeret, ut ita proprio commento præjudicia excitaret, pro ſententiis aliorum damnandis, & hæreſeos notâ inſi-
2. gniendis. Sed candorem ſuũ candido Theologo relinquimus. Sed quid de Mundi Anima tandem ſentiemus? Illa equidem nulla ſtatuenda eſt: nimis periculoſus ille *Mundi Spiritus* à Virgilio excogitatus, aut *Natura* illa commentitia ab Ovidio confictа; At ANIMUS interim *ſeu Mens illa* (ab eodem Marone tradita) IN MUNDO (infuſa per artus,) *qui Mundum ciet*, (hoc eſt, totam agitat molem & magno ſe corpore miſcet,)
3. omnino amplectenda eſt. Rectè equidem *Mentem illam* ſeu Deum ANIMUM dicit, pro ſententia Virgilii magis confirmanda. *Animus* enim omnis Anima quædam eſt, hoc eſt, animati corporis, adeóque organici actus, vel ſaltem ad illud ordinata quædam forma: ipſa nempe *Anima, quà ſapit, Animus* appellari conſuevit: quod etiam in ſuis diſtinct. Philoſ. notavit Caſtanæus. Nec alio ſenſu aït Cato, *Si Deus eſt Animus nobis ut Carmina dicunt*, niſi quatenus Deus rationalis quædam Mundi anima, hoc eſt, Mundum aſſiſtendo informans Intelligentia, à
4. Poëtis fuit habitus. Ut adeò, quamvis *Animus* Mens ſit, νοῦς Græcis, non tamen illico Mens ſit *Animus*, niſi quatenus illa corpori

colligata,

colligata, vel ad corpus ordinata eſt. Hinc Iſidor. 11. Etym. *Anima dum vivificat corpus, anima eſt; dum vult, Animus eſt; dum ſcit, Mens eſt; dum recolit, Memoria; dum rectum judicat, ratio eſt,* &c. Quicquid autem penitus à materia abſtractum eſt in genere ſubſtantiarum, νοῦς quidem Græcis communi nomine, at Latinis *Mens* appellatur. Hunc verò Animum Mundo aſtringit Theologus, quippe *in Mundo* eum collocat. At rectius Auguſtinus, 5.
Deum ſupra Mundi corpus, omnemque ſpiritum habitare, atque etiam extra Mundi totius fines diffundi aït. Etenim, quamvis Deo Opt. Max. univerſus Mundus præſens ſit, etiam quoad minutiſſima quævis, ipſeque Deus ubique ſit, ubicunque Mundus eſt; non rectè tamen Deus *in Mundo* eſſe dicitur: velut perperam omnino *in tempore* diceretur Deus eſſe, eò quòd æternitati tempus univerſum præſens ſit. Quò putem in S. Literis ex parte reſpici, quando hæ Deum *in altis habitare & humilia reſpicere.* Pſal. 113. *Sedere in excelſis*, Hebr. 1. teſtantur. Quippe infinitus Deus ejuſmodi locutionibus è Mundo non excluditur, dum habitaculum illius ſanctitatis, cælum cælorum, κατ' ἐξοχὴν pro ſede illi attribuitur: at interim dum Mundus illi præſens eſt, ad naturarum ſeriem non pertinere Deum inſtar *Animi* indigitatur. Deus certè ita ubiq; eſt, ita 6.
infinitus eſt, ut loco minimè commenſuretur, nec ad locum ullo modo, ne per accidens fortaſſe, habeat reſpectũ. Omnes omnino totius Univerſi Naturæ, ſecundùm totã ſubordinationis ac coordinationis ſuæ ſeriem, ſecundùm minima quævis, divino numini pręſentes ſunt; at interim extra illam ſeriem, ſupra illam ſeriem, ſupra omnes Angelos divina eſſentia eminet: ut verè vis ejus, (quę ut in Deo eſt, eſt ipſa Dei eſſentia,) per omnia ſit diffuſa, ſubſtantialiter ubique exiſtens, at eſſentia tamen Dei rebus ipſis conditis haudquaquã ſit permixta. Hæc mens omnino eſt Autoris libri de 7.
Mundo, quando inquit: *Deum ſummo in loco reſidere, ipſam verò vim ejus, quæ per omnia penetrat, Solem movere & Lunam, totumque Cælum circumagere, cauſamque eſſe incolumitatis eorum quæ in terra ſunt.* Hanc mentem clariùs expreſſit Triſmegiſt. in Dial. Aſclepio, cùm aït, *Deus ſupra verticem ſummi cæli conſiſtens,* UBIQUE *eſt, omnia circumſpicit.* Ac denuò ibid. *Solus Deus, & meritò ſolus, ipſe in ſe, & à ſe, & circum ſe, totus eſt plenus atque perfectus; iſque ſua firma ſtabilitas eſt, nec alicujus impulſu, nec loco mo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

veri poteſt, cùm in eo ſint omnia, & in omnibus ipſe ſolus: niſi aliquis auderet dicere ipſius commotionem in æternitate eſſe: ſed magis & ipſa immobilis æternitas, in quam omnium temporum agitatio revocatur, & à qua omnium temporum agitatio ſumit exordium. Ac paulò poſt: *Hoc ergo, quod eſt tale, infinitum, incomprehenſibile, inæſtimabile eſt: nec ſubſtineri, nec ferri, nec indagari poteſt. Unde enim, & quo, & ubi, aut quomodo, aut quale ſit, incertum eſt.* Hoc eſt, ut non ad tempus, ita nec ad locum, nec ad modos aut affectiones rerum ullas accommodatum illud numen eſt, quod ſupra ſummum Cæli verticem habitat, quod interim ubique eſt, ac
8. verè infinitum eſt, quod cogitatione noſtra non capimus. Quod autem dicat Theologus *Deum principium eſſe creationis externum,* nimirum cauſam efficientem, id ſanè prædictam Ethnicorum, Deum Mundi formam ſtatuentium, opinionem minimè corrigit: Nam & Ovidius *Deum* vocat, qui Mundum fabricatus ſit: Et Ariſtoteles efficientiam ex Deo & à Deo agnovit: quippe Mundum ex naturæ divinæ neceſſitate ab æterno à Deo productum ſtatuit; at nihilominùs ipſum conditorem pro ſuprema Mundi Intelligentia habuit, Mundo arctiſſimè alligata, ac formæ
9. aſſiſtentis in modum ſociata. Et licet Noſter Deum Mundi principium dicat *non internum, Mundum formans non informans,* haud tamen illud ſaniorem ejus, quam fuerit prędictorum Ethnicorum, mentem prodit: quippe & illi ipſi quoque Deum tale principium, quod *Mundum formet aſſiſtendo non informando,* hoc eſt, Mundi formam aſſiſtentem non informantem crediderunt, quam interim non aliter, quàm & noſter Theologus, *in Mundo* exiſtentem tradiderunt: adeóque non eo modo extrinſecus aſſiſtentem, quo nauta navi, vel auriga currui; ſed ut Theologus noſter approbat ex Virgilio, quæ ſit *infuſa per artus:* adeóque eo tantum ſenſu *aſſiſtens;* ac adeò per conſequens quodammodò *externum principium*, quòd ſc. ad eſſentiam ipſius corporis, quà corpus eſt, vel quà vivit, aut ſentit, aut movetur, ut forma non pertineat; ſed ratione propriæ ſubſiſtentiæ quodammodò ſit abſoluta: (de qua formæ aſſiſtentis conditione vid. Apol.
10. noſtr. ad Art. 1.) Talem ergo *Mundi Animum* ſeu Mentem vocat Theologus *Deum ipſum* & *Dei ſpiritum.* Exactiſsimè profectò & ſecundùm omnes numeros abſolutiſſimè ſententia hæc

conſentit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

conſentit Ethnicorum placitis, qui Spiritum S. pro Mundi intellectu ſeu forma aſsiſtente habuerunt. In unico ſolummodò diſcrimen eſt, quod nempe noſter Theologus Mundi Mentem *unam eandemque* cum Patre & filio eſſentiam agnoſcat; cùm eam Ethnici fortè agnoſcant eſſentiæ *ejuſdem*, adeóque eſſentiâ quidem cum iis conſimilem, at interim propriæ eſſentiæ unitate ab illis diſtinctam: ille procul dubio Spiritum S. Patri & Filio piè ac rectè ſtatuit ὁμοούσιον, quem interim omnino perperam & majori cum offendiculo pro ipſo Mundi habet intellectu ſeu forma aſsiſtente; at hi Spiritum S. Patri & Filio ὁμοιούσιον exiſtimârunt. Itâ 11.
Triſmegiſtus in Pæmandro: *Illud verò ex mente* LUCIDUM VERBUM, FILIUS DEI. Et mox: VERBUM DOMINI, ac MENTEM DEUM PATREM, *non diſtare à ſe invicem* ait: MENS *verò* DEUS *vita & lux cùm ſit, parturiit Verbo* ALIAM MENTEM OPIFICEM: *Quæ* DEUS *ignis &* SPIRITUS *exiſtens, effecit Rectores quoſdam ſeptem, in circulis continentes ſenſibilem Mundum.* Hoc equidem verbis apprimè conſentire videtur loco ſacro Pſalm. 33. v. 6. Verbo Iehovæ 12.
cæli facti ſunt, & Spiritu oris ejus totus exercitus eorum: at certè ſenſu longiſsimè diſtat, quatenus Spiritum Dei MENTEM ALIAM à Patre & Filio, ſi non *eſſentialiter*, *eſſentiâ* ſaltem, diverſam eſſe, ac initium habuiſſe, innuit. Hinc illa Ariano-Sociniana hæreſis originem detraxit, quæ pro illa *alia mente* genita, ipſum Dei filium ſeu Verbum aſſumpſit, à Deo patre genitum, quem Patri quidem ὁμοιούσιον, at non ὁμοούσιον, *ſimiliter eſſentialem*, at non *coëſſentialem* ſtatuerunt. Hunc verò Mundi Opificem ac Creatorem, eſſentiâ à Deo Patre diverſum, eidem ſocium adjunxerunt: quem hæreticum errorem nos Sect. præced. refutavimus. Illum 13.
verò Triſmegiſti *Opificem Mentem* ſeu Intellectum, à Deo genitum, (qui Ethnicis Philoſophis Spiritus S. Perſonam referebat, ac velut *alter* DEUS habebatur,) Ethnici quàm plurimi Mundi Intelligentiam, ſeu formam aſſiſtentem crediderunt, nempe *Mentem illam in Mundo, qui Mundum cieat,* ut loquitur noſter Theologus. Hinc Triſmegiſtus porrò cit. loc. *Mens Opifex ſimul cum verbo complectens circulos & verſans impetu, revolvit ſua Opificia*, &c. At pro illa Mente creata Ethnicorum, 14.
Noſter *Deum ipſum* & *Dei Spiritum*, (veram nempe illam S.S.

Trinitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Trinitatis perſonam tertiam, Patri & Filio coëſſentialem,) *in Mundo* ſubſtituit. Simili autem ſenſu cum Triſmegiſto (ac interim haud magis Chriſtiano vel orthodoxo,) eandem Opificem Mentem, ac Mundi quendam Præfectum, à Deo conditum, à quo Mundi Anima pendeat, tradit Divin. Sapient. Ægypt. lib. 3. cap. 2. Ubi hæc verba: *In iis quæ procreata ſunt, Intellectus primus eſt, hunc ſequitur Anima, Animam Natura.* Et paulò poſt: *Quare dicimus, Intellectum à Deo primùm eſſe procreatum hùncque rebus aliis procreandis eſſe præfectum. Procreavit autem Intellectum Deus Opifex per medium Verbum, quoniam inter illum & Intellectum medium aliud nullum interceſſit, quod cum Intellectu coëfficiendi vim haberet: Intellectus animæ cauſa extitit, Animaque ipſius Naturæ;* Natura *denique principium rerum ſingularium, quæ oriuntur, harum unâ ad alteram medii rationem obtinente. Deus verò cauſarum omnium Autor eſt, utpote qui eas*
15. *ex nihilo procreavit: intellectuque ac communi formâ concluſit.* In quibus verbis Deus Opifex ſeu Pater, Verbum ſeu Filius, & Intellectus ſeu Spiritus S. manifeſtè diſcernuntur. At Spiritus S. qui ſit Mundo formæ aſſiſtentis inſtar præſtitus, Creatura quædam intelligitur. Nimirũ, velut Ario ipſe Dei Filius à Deo conditus aſſerebatur; ipſaque creandi vis communicata Creaturæ: cùm interim omnium productio ex nihilo ad ſolum Deum, ut Autorem primum referatur: Quâ eâdem interpretatione Socinus contra Wiecum ineptè nimis conabatur elabi, ut ad Medit. 13. Sect.
16. præced. demonſtratum eſt. Prædicta Ethnicorum Philoſophorum de Spiritu S. ſententia paſſim in eorum ſcriptis invenire eſt: (conferantur ea quæ de hoc errore Ethnicorum expoſuimus diſp. 2. de Mund. Opif. quæſt. 4. § 6. 7. 8. 9. 10.) Ut quidem de S. S. Trinitate aliquid ad Ethnicos ab aliis Deo charis Viris deveniſſe manifeſtum ſit; cùm tamen veritatem ipſam non omnes ſint aſſecuti: Quod equidem deſiderari à nobis, ne quis fortè aliquando cavillandi ſuper hoc negotio, ex citatis quibuſdam Ethnicorum in alia materia locis, anſam aliquam acciperet, monuimus tandem (experti cujuſdam nimis acrem in caſtigando quolibet dicto vehementiam,) in Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 10.
17. q. 3. § 9. ad marg. Certè ne pro ipſa quidem Platonis meliore mente hîc velim pertinaciter pugnare, cùm nec de ejus mente,

quoad

quoad myſterium S.S. Trinitatis, ipſi inter ſe conſentiant Platonici: Hunc interim *religioſiſſimum ac maximè ſobrium* inter omnes Philoſophos Ethnicos fuiſſe non ſine ratione notavit Calvinus. Et ſi fortaſſe illud ſublime myſterium Theologiæ, quod eſt de S. S. Trinitate, non ita integrè ex Traditionum ruderibus acceperit Plato; haud tamen in eo quod Philoſophiam ſpectat, nimirum in Animæ Mundanæ conſtitutione deſcribenda, quicquam commiſit, quod jure meritóque ad Tribunal Theologicum mereatur revocari. Hîc ſaltem ſine diſpendio erravit, ſi erravit; ac præ cæteris omnibus maximè fuit ſobrius, miniméque Religioni Orthodoxæ adverſus. Plurima equidem pro ſ. ſ. Trinitate ex Antiquis teſtimonia collegit Auguſt. Steuch. Eugub. de peren. Philoſ. lib. 1. & 2. paſsim; ac ſpeciatim pro Spiritu S. lib. 2. cap. 3. quæ pleraque ab Orthodoxia Religionis deſciſcunt, dum eundem à Deo procreatum innuunt, ac Intelligentiæ aſsiſtentis vice Mundo præſtitutum. Hoc ergo ſaniores fuerunt præ multis aliis 18.
Stoïci, quòd nullam omnino divinitatem agnoverint, niſi quæ ſit per ſe increata, ſibique planè ὁμοέσιος, ſeu in unam tendat eſſentiam; quamvis interim myſterium trium in una divina eſſentia Perſonarum, (quod omnem humanam rationem ſuperat, ac fidei ſolius eſt,) omnino ignorârint: In eo autem cæteris omnibus fuêre longè magis impii, quòd ipſam Dei eſſentiam mundano corpori alligârunt: in quo errore nimiùm periculoſo eos imitatus fuit Maro. Quòd ſi ergo quidem *Dei Spiritum* Theologus 19.
noſter non aium agnoſceret, (quando *illam mentem* vel *Animum in Mundo, qui Mundum ciet, Deum ipſum & Dei Spiritum* pronunciat,) quam qualem *Dei Spiritum* agnovêre Ægyptii ac Triſmegiſtus, omnino ad verorum Chriſtianorum Scholas primùm ablegandus foret: At dum Spiritum S. quidem ipſe increatum, Deoque coæternum & coëſſentialem agnoſcit, at eundem nihilominùs cum Virgilio per Mundi artus infuſum, magnoque corpori miſtum ſtatuit, certè nondum ſatis vera Chriſtianorum dogmata didicit, utut in Chriſtianorum Scholis exercitatus; vel ſanè nimis imprudenter ſe cum Ethnico Poëta ac Philoſopho confundit. Similes equidem huic noſtro Theologo quoſdam notavit Scaliger Exerc. 365. ſect. 3. qui Veterum decempedâ noſtræ Religionis immenſos agros metiri ſe poſſe ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

perſuasêre. *Nam illi,* inquit, *cùm tertio ſtatuerent loco,* (ſc. poſt Deum Creatorem, quem nos Trinunum ex lumine Scripturæ novimus, ac Intellectum Mundi à Deo procreatum,) ψυχὴν *gubernatricem; iſti noſtri Spiritum Sanctum Dei cum eadem illa illorum Anima eundem eſſe, nefando ſanè atque impio flagitio pro-*

20. *didêre.* Rectiùs equidem nos ipſi, eo ipſo in loco, (Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 3. q. 1. à § 9. uſque ad § 32.) contra quem primum inſurrexit Theologus, ſecundùm Orthodoxos myſterium S. S. Trinitatis ratum ac indubitatum præſuppoſuimus; nec interim ullâ ratione Spiritum S. in Mundi animam convertimus, aut cum Mundi anima permutavimus. Quippe illic nihil omnino de Mundi quodam intellectu definientes, nec illius ullam mentionem injicientes, ſolummodò *Mundi* quendam *Spiritum communem*, ut vocat Aſlacus (qui à Theologo noſtro Med. præced. expreſſæ cujuſdam veritatis normæ inſtar fuit citatus,) ſeu *vivificam quandam virtutem toti Mundo & omnibus ejus partibus in prima creatione divinitus infuſam, quâ omnia* (naturaliter) *exiſtunt, ſuſtentantur, & vires efficaciſſimas ex ſe diffundunt atque transfundunt,* ut idem Aſlacus loquitur, conſtituimus: quam ideo *conſervatricem Dei vim,* (ab Alſted. part. 1. Phyſ. cap. 3. *vim Dei ordinariam rebus inſitam, Dei filiam,* θεοῦ φωνὴν, *Mundi Animam* ac *Spiritum Univerſi* dictam,) appellavimus, *quâ mediante,* (velut naturali causâ naturali corpori à Deo tributa,) *Deus omnia ſuſtinet, ac diſperſas atomos nullâ ſui parte cohærentes ita in unam molem ordinatiſſimè jungit, ut nullus in toto Univerſo detur*

21. *hiatus.* cit. loc. § 9. Hanc conſervatricem & vivificam Dei vim, ſeu Mundi Spiritum vel animam, haudquaquam Deo eſſentialem excogitavi; ſed appellavi eum *immediatum opus Dei ſeu Spiritus S. immediatum Dei inſtrumentum, & cauſam à Deo eum in finem conſtitutam, ut per eam hoc Univerſum ſuſtineat ac conſervet.* § 29. veluti Deus unumquodque corpus animatum vi inſitâ ac naturali, in naturæ conſtituto ordine, conſervat ac ſuſtentat, dum interim modum agendi ac cooperandi ſupernaturalem, quo immediatè res omnes earumque effectus attingit, ſibi ſoli ſervat.

22. Hinc *per ipſa ſingularum Perſonarum opera & effectus S. S. Trinitatem Gen 1. v. 2. præſentem manifeſtiſſimè demonſtrari* dixi: Cùm *materiæ ex nihilo productio omnipotentiæ Dei opus ſit, Patrique*

tribuatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tribuatur , (more Scripturæ S. familiari,) *Lucis productio, per quam Mundus ſplendorem, ordinem, & tot formarum elegantiam accepit, opus ſapientiæ ſit, & Filio meritò aſſignari debeat, qui Joh.* 1. *verſ.* 3. *Verbum appellatur, per quod omnia facta ſunt, & verſ.* 4. *in hoc dicitur fuiſſe vita, & vita fuiſſe Lux illa hominum.* VIS deniq; INFUSA *materiæ univerſæ, opus nimirum bonitatis, tribuenda Spiritui Sancto.* &c. Peſsimum autem illud Stoïcorum judicium, 23.
quo eos omnes Animam Mundi Deum ipſum conſtituiſſe conſtat, manifeſtè damnavi § 26. Sic ergo per *Spiritum* illum *Mundi*, nihil omnino Myſterio S. S. Trinitatis, aut puriſsimo ac ſimpliciſsimo actui divinæ eſſentiæ vel cogitatione ſurripui ; ac nullâ interim parte Dei Providentiam , Dei regimen , Dei adminiſtrationem, Dei in rebus omnibus ac ſingulis ſupernaturalem operationem immediatam imminui , dum naturalem virtutem naturali corpori à Deo inditam ſtatui, quæ non ſecus ad Univerſum ſe habeat, atque natura quælibet particularis ad partium proprii corporis congeriem. In hoc uno fortè lapſus, quòd , (cùm viderem 24.
Spiritum Dei, de quo Gen. 1. v. 2. à quibuſdam , etiam Orthoxis Theologis, ac imprimis Danæo Phyſ. Chriſt. part. 1. cap. 25. ſumi , *non pro ipſa Spiritus S. Perſona , ſed pro perſonæ illius effectu quodam, viribus, ab vegeto robore, illi tam magno moli indito* , *non ſolùm per quod eſſet, ſeſeque ſuſtineret, & tanquam portaret* , &c.) exiſtimaverim illum *Dei Spiritum*, qui non ſit ipſa perſona Spiritus S. ſed illius effectus , nomine *Spiritus* vel *Animæ Mundi* poſſe indigitari. Nihil profectò ſequiùs toto illo Capite de Spi- 25.
ritu diſp. 3. part. 1. Theatr. Nat. Univ. vel curioſiſſimè ac ſtudioſiſſimè omnia perveſtiganti à nobis prolatum occurret: unde tamen idem noſter Theologus, qui nunc longè exactiùs , ſi Deo placet, ſecundùm Orthodoxiam Religionis animi ſui conceptus exprimere videri vult, horrendas jam olim in nos ſuſpiciones excitare fruſtra conabatur. Id quo jure vel animo factum fuerit, Deo animorum ſcrutatori committo. Sic ergo illic loci , ubi ſola 26.
inquiſivimus principia corporum interna naturalia , prout illa ſtrictè ſumuntur , & ab Ariſt. accipiuntur lib. 1. phyſ. nulla omnino mentio à nobis facta eſt Intelligentiæ alicujus Mundo à Deo præſtitutæ : imprimis, quòd tunc temporis , cùm illa ſcriberemus, & exercitii cauſâ tantùm in gratiam Auditorum no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſtrorum, more in Academiis recepto, (ubi quæ publicæ ventilationi in Philoſophicis exponuntur, non illico dogmata fidei ac conſcientiæ continent,) examini ſubjiceremus, ſententia de Intelligentiis corporibus cæleſtibus præſtituendis omnino nobis diſpliceret, ut apparet ex Theatr. Nat. Univ. part. 2. diſp. 3. § 7.
27. At poſtmodùm, cùm melior ratio aliter ſuadere videretur, in Diſcurſ. de Mund. Opif. diſp. 2. q. 4. Intelligentiam quoque Mundo aſsignavimus. At, rejectâ omnino ſententiâ Ariſtotelis, quâ Deum ipſum Univerſi Mentem conſtituit, velut impiâ, ibid. § 6. collat. cùm quæſt. 3. § 8. 9. 10. itemque repudiatâ illâ jam antè expoſitâ Triſmegiſti & Ægyptiorum de Mundano Intellectu ſententiâ, quâ is cum tertia Perſona S. S. Trinitatis permutatur, ut æquè inſanâ & impiâ. ibid. pronunciavimus tandem § 11. *Mundi Intelligentiam*, ita à Spiritu *S.* diſtinctam, *ex nihilo productam eſſe, æquè atque Mundus hic viſibilis: adeóque finitæ*
28. *Creaturæ finitam eſſentiam creatam à ſummo Deo eſſe additam.* In quam equidem ſententiam Platonem inclinare ibid. oſtendi; qui, ſi interim ipſe forſan circa myſterium S. S. Trinitatis fuerit hallucinatus, Chriſtianis certè normam hîc non dabit. Sicubi autem illum fortè ad veritatem propiùs adducere, & duriora quædam illius effata pro æquitate noſtra magis mitigare tentavimus, quàm propria illius ratio vel conceptus ferebat, utique habet illic Plato, habent Platonici omnes, pro quo nobis gratias agant, quòd ſaltem viam non arduam ad pleniorem veritatem ita humaniter iis premonſtaverim: At minimè habent in eo Amici noſtri, & ejuſdem nobiſcum Religionis conſortes, quod meritò indignè ferant, ſi laboravi eos etiam, qui extra ſunt, ad saniorem mentem pro virili mea revocare; ac ſaltem Chriſtianorum diſcipulis, qui fortè ad talia Ethnicorum offendicula impingunt,
29. viam planiorem reddere. Utcunque tandem labor noſter accipiatur, ſi vel etiam fortè conatus noſter fuerit irritus, ſi ſpe conceptâ exciderimus, ac meliori eventu fuſtrati fuerimus, meliori certè animo ſat ſuperque abundavimus. Ac imprimis hoc paſsim omnibus, vel etiam cœcutientibus, clarum atque manifeſtum eſſe poteſt, me piè de Deo & S.S. Trinitate ſenſiſſe, ac omni ſtudio caviſſe, ne quis *Deum ipſum* vel *Spiritum S.* cum Mundi Anima vel intellectu commutaret. *Quem* ſanè *Deum* aut *Dei Spiri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tum (ut porrò Theologi noſtri verba recitemus,) *qui permutant*
eum forma Mundum informante, auferunt neceſſarium elenchum
& demonſtrationem Dei veri enter & potenter ubique præſentis &
operantis, ex Mundi admirabili Compage, Motu, & Cauſarum
ordine, apud Ethnicos, qui Deum palpando quærunt. Act. 17. 27.
Quin imò non illi ſolùm, qui Deum cum forma Mundum infor- 30.
mante permutant; ſed & illi ipſi, qui Deum ita per Mundi artus
infundunt cum Virgilio, ac cum magno Mundi corpore mi-
ſcent, ut ſit *Animus in Mundo*, *qui Mundum ciet*, hoc eſt, qui
illum vel formam aſsiſtentem Mundi faciunt, auferunt *neceſſa-*
rium elenchum Dei veri enter & potenter ubique præſentis & ope-
rantis: quod utrumque à nobis demonſtratum eſt diſp. 2. de
Mund. Opif. quæſt. 3. à § 4. uſque ad § 11. Ac certè tales, qui
non aliter Deum inveniunt, quàm ut ſit *Animus ſeu Mens in*
Mundo, nimirum per Mundi artus infuſa, quam ipſam metuunt
ut invenire poſsint, ſi rebus naturalibus naturam relinquant à
Deo iis tributam, tales, inquam, omnino palpando Deum quæ-
runt, dum non niſi *in ipſa Mundi admirabili compage, motu,*
& cauſarum naturalium *ordine Deum apprehendunt*. Nos certè 31.
altiùs animum ſupra ſenſus noſtros erigimus, & Deum Creato-
rem ac Conſervatorem rerum omnium ab illa Mundi compage,
à motu, à cauſarum ſecundarum ordine, abſtractum concipimus;
Deum ſupra illa omnia collocamus, cui omnia hæc interim, tum
quoad tota, tum quoad minutiſsima quævis ſunt præſentia, à
quo hæc omnia pendent, tum quoad fieri, tum quoad eſſe, tum
quoad operari; à quo omnia hæc foventur, conſervantur, guber-
nantur, ac in optimum finem diriguntur. Illa Ethnicis expoſita 32.
novimus, *ut quærerent Dominum, ſi fortè palpando eum inveni-*
rent, ut habet ſacer textus cit. *quamvis profectò non longè abeſt ab*
unoquoque noſtrum. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſu-
mus. Ab illis ergo omnibus ipſe Dominus ac Creator eſt diſcer-
nendus: qui ſanè rectiùs ac faciliùs mente agnoſcitur ex eo quod
hominem mente præditum condiderit, ac per mentem & animam
ordinariè hominem regat, quàm ſi eum intellectu carentem ac
trunco ſimilem condidiſſet: quod autem in nobis ipſis agnoſci-
mus, & ex quo ac per quod ipſum Deum cognoſcimus, cur il-
lud in Univerſo potiùs divinitati ejus vel Providentiæ obeſſe ſta-

 tuemus?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

33. tuemus? Ex pulchritudine, viribus, ac concinno ordine, per animam & intellectum proprium Mundo redditis eſſentialibus, longè nobiliorem pulchritudinem, majores vires, & magis admirandam ſapientiam Autoris, animo aſſequimur utcunque, quamvis id quod infinitum eſt finito noſtro intellectu penitus complecti nequeamus. Incomprehenſibilis eſt ille Opifex, qui iſta omnia ex nihilo creavit, qui major iſtis omnibus, qui ſupra iſta omnia, qui extra iſta omnia, dum omnibus eſt ubique præſens: cujus eminentiſsima pulchritudo, ſapientia, ac potentia, ab æternitate principio carente, in æternitatem terminum non admittentem exiſtens, ſimpliciſſima, puriſſima, nullius corporis adhæſione impedita, nulli motui, tempori, loco, vel cauſarum ordini adſtricta, omnem captum hominum & Angelorum, omnem ſenſum atque intellectum ſuperat, ſuâ ipſius ſimpliciſſimâ infinitudine comprehenſa, quæ tamen nec ſe ipſâ definita eſt vel circumſcripta. Hinc *elenchus* ille eſt, ac *demon-*
34. *ſtratio* unica, certiſſima, immota, *Dei veri enter & potenter ubique præſentis & operantis.* Ab hac demonſtratione qui aberrant, *Deum ipſum* verum, & *Dei ſpiritum* non norunt; ſed dum Mundi etiam Animæ cuidam aut intellectui, ſi fortè ſtatuendus ſit, id laudis & encomii poſſe aſſignari credunt, quod *enter & potenter ubique præſens ſit & operetur*, reverà Mundi Animam pro Deo habent; ac adeò *palpando Deum quærunt,* dum viſibili tantùm Creaturæ hunc adſtringunt: qui nec ſit ſupra eam; nec ſine ea,
35. nec præter eam, operetur. Sicque omnino *ſcandalum illud ponunt cæcis illis Ethnicis,* non quidem *ut pro increato creatum,* (ſic enim alius Creator adeóque verè Deus præſupponeretur, qui ipſe ſolus potiùs dicendus foret *enter & potenter ubique præſens & operans*,) ſed ut pro infinito finitum, pro omnipotente non niſi omnis Creaturæ corporeæ potentem, pro ubique præſente, non niſi in hoc Mundo præſentem *Spiritum, ut operantem omnia in o-*
36. *mnibus Deum, proclivi lapſu adorent.* Apparet autem denuò ex his Theologi noſtri verbis, quid de Dei eſſentia, potentia, & præſentia ipſe ſentiat. Nimirum, dum exiſtimat, ac pro certa hypotheſi aſſumit, ſi quidem ſtatuatur Mundi quædam Anima vel Animus, hunc neceſſariò habendum *enter & potenter ubique præſentem ac operantem*, adeóque *operantem omnia in omnibus*, quæ certè ſolius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

lius Dei veri ſunt encomia ; utique ſtatuit Mundi Animum fore
ipſum verum Deum, nec alium hujus quam illius fore rationem.
Adeóque neceſſariò hanc ſuo animo hypotheſin confirmat, Dei 37.
veri eſſentiam, potentiam, ac præſentiam, hoc Mundo terminari.
Sic ergo Dei veri Eſſentia non erit immenſa; ſed *in Mundo* exi-
ſtens, Mundoque infuſa, ipſo etiam Mundi termino erit defini-
ta: Similiter Potentia ejus non erit infinita; ſed univerſi operis fa-
cti efficientiâ, ejuſdemque conſervatione atque gubernatione
exhauſta; aut ſaltem extra Mundum nulla eſſe poteſt, veluti Mun-
di Anima extra corpus quod informat, ſive propriè informando
ſive aſsiſtendo, nullo modo poſſet operari; Unde & hoc neceſſa-
rium eſt conſequens, Omnipotentiam Dei per ipſam Creaturam
menſurari: quod ipſum quoque viſus eſt Theologus innuere
Sect. præced. in Creationis definitione, ubi illud obiter notavi-
mus. Præſentia verò Dei ſoli Mundo alligata, ex eadem hypo-
theſi arguitur: velut non poteſt eſſe ullibi Mundi actus, ubi non
foret ſimul ipſe Mundus: quâ ſolâ ratione eſt impulſus Ariſtote-
les, ut ſenſerit, non poſſe dari Mundum alium, quin etiam primus
Motor alius, ſeu Intellectus, qui ſit Mundi forma aſſiſtens, alius ſit
concedendus. Sed prædictam hanc hypotheſin, vel contra o- 38.
mnem rationem ac religionem, maluit Theologus admittere,
quàm ullum cavillandi in obſcuriore forſan atque duriore dicto
prætermittere occaſionem. Nimirum, cùm fortaſſe aliquis per
imprudentiam dixiſſet, Mundi Animam vel Spiritum *omnia in o-
mnibus operari*: ille, ut exagitaret Mundi Animam, & ἀποθέωσιν
illius monſtri innueret, pro rato conſequentiam admiſit illico:
cùm ſanè rectiùs, ſolidiùs, ac magis Theologicè, hanc conſequen-
tiam rejicere ac refutare potuiſſet. Et quamvis nihil ſimile de 39.
Mundi Anima à nobis unquam fuerit proditum, ſic tamen cer-
tam ille Conſequentiam conſtituit, (*Si quæ Mundi Anima, ergo
operatur omnia in omnibus* :) ut etiam ex eo ſolo, quòd à nobis
Mundi Anima ſit conſtituta, ille illico in ſuis Caſuum Poſitio-
nibus eandem *enter potenter ubique præſentem* noſtræ ſententiæ
totidem verbis affingere ſit auſus, (vid. Apol. noſtr. Art. 2.) &
quaſi noſtra verba illa eſſent, Academiis ac Synodo obtrudere.
Quam autem illic *enter potenter ubique præſentem* finxit; eandem
nunc *omnia in omnibus operantem* tradit : Impietatem nimirum,
ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ipſe talem cumMundi anima involvit,cui nemoOrthodoxus non
40. dixerit anathema. Eam autem dum hîc quaſi ex opinione aliorum fingit *operari omnia in omnibus*, aliorum tamen ipſa citare loca interim erubeſcit; (velut item olim cùm noſtræ eam menti ſimilem affinxit:) vel ſtudio fortaſſe potiùs hîc reticere maluit perſonam, ut ita, nomine ſuppreſſo, magis inſuper inviſum redderet, ex tam horrenda de Mundana Anima opinione,eum ipſum quem haud ita pridem tacitè,at ſequiùs, detulerat. Ridere poſſem ipſe tales contra me ineptias, ad meam Mundi Animam haudquaquam attinentes, dum ipſa mea ſcripta apud omnes qui ſunt ſanæ rationis luculenter queant meam mentem exhibere,ac tueri pietatis integram exiſtimationem: Sed tamen ut pro alio (ad cujus fortè manus illæ cavillationes non pertingunt) quid dicam impræſentiarum, Chriſtiana charitas, quæ benignè quantum fieri poteſt, quidlibet interpretatur, omnino à me exigit. Reverà autem ille idem, ſub cujus pallio nos tacitè Theologis perſtringere laborat,dum *omnia in omnibus operari* Mundi Spiritum pronunciat,rectiùs de Deo ſenſit interim,quam ipſemet Theologus, nec eóuſq; verba hæc extendit,quò immeritò à nimis rigido Cenſore
41. rapiuntur. Virum ipſum indicabo, ut conferri ipſa ejus loca queant: *I. A. Comenius* is eſt, Vir ſanè eruditus,ut ex ejus ſcriptis obiter inſpectis colligo, ; cæteroquin omnino mihi hactenus incognitus. Hunc, (ne fortaſſe quis in gratiã Comenii nomen hîc ſuppreſſum credat,vel quaſi rem ipſam maluerit Theologus perſtringere,)expreſſè nominavit alibi,in alia materia, ubi minùs aliquis in nos prætextus adornari poſſe videbatur,ac nomine tenus orbi expoſitum eâdem impietatis ſpecie, quâ hic ſuppreſſo nomine, eundem inſignivit,diſp.3.Loc.de Deo theſ.17. Hunc ergo denuo reſpicit Theologus,vel ſub prætextu ejus hic arrepto ſine nomine, at in eventum fortè qualemcunque prætendendo, nos non obſcurè unâ eâdemque operâ perſtringere inſtituit: At interim inſi-
42. gnem fallaciam committit,quę diviſionis appellatur. Quippe ipſe Autor ſtatuit *in Synopſi Phyſices*,cap.2.p.16. edit. Janſſon. 1643. *Vim quandam Dei* (verba ejus ſunt) *diffuſam eſſe per totum Mundum, omnia* (quæ nempe in Mundo ſunt,) *ſuſtentantem ac vivificantem ,omniaque in omnibus* (quæ ad ipſum Mundi corpus naturale ſpectant.) *operantem*. Non dixit autem *ubique præſentem*

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

eſſeenter & potenter, *& abſolute operari omnia in omnibus*; ſed per totum Mundum diffuſam eſſe vim quandam à Deo, non niſi in Mundo, & quidem naturaliter, (in quantum nempe *vis quædam Dei* eſt *diffuſa per totum Mundum*, nimirum naturalis quædam facultas rebus indita,) operantem: unde dixit pag. 25. *Spiritus Mundi eſt ipſa vita Mundo infuſa ad operandum omnia in omnibus: quicquid enim ulla creatura agit aut patitur* (præſcriptâ ac determinatâ à Deo, qui ipſe vitam Mundo infudit, in ordine hujus Univerſi ratione ac modo,) *hujus ſpiritus vi agit aut patitur*. Aliter certè omnia in omnibus operatur Deus ipſe 43.
ac Dei Spiritus S. aliter ille Mundi Spiritus, vel ex ſententia prædicti Autoris: De Spiritu S. dicitur 1. Cor. 12. 11. *quòd omnia agat, diſtribuens ſingulis* SICUT VULT; de Spiritu Mundi dixit ille, *Id quod creatura agit vel patitur*, *illius Spiritus vi agere vel pati*: Agunt autem Creaturæ, (intelligit Creaturas quæ ad naturale Mundi corpus ſpectant, cui ille Spiritus infuſus dicitur, hoc eſt, naturalia corpora,) certo ac determinato modo, non *ut volunt*, ſed *ut poſſunt*. Actiones Spiritus S. ſupernaturales ſunt; hujus Spiritus naturales tantùm: Et quamvis actio & paſsio creaturæ non ſit abſque actione Dei ipſius, ac Dei Spiritus concurrente, imò ſit una eademque actio quæ à creatura eſt, ac interim à cooperante Deo eſt; debet tamen omnino in illa actione id quod eſt ſupernaturale ab eo quod eſt naturale diſtingui. Sic quo- 44.
que anima in corpore cujuſvis animantis rectè dici poteſt operari omnia in omnibus, quæ ad vitam, ſenſum, motum, ac intellectum ipſius animantis attinent; at interim illa animæ naturalis in animato corpore operatio, non excludit operationem divinam in eodem corpore; multò minùs extra illud corpus, aut ſupra illius corporis vires, divinæ operationi metam præfigit. Hanc ergo Dei operationem ille citatus Autor minimè ignoravit, quam neque verbis diſſimulavit: Unde pag. 21. *Omne Mundi corpus*, inquit, (ſeu *omnia in Mundo viſibili*, ut habet pag. 29.) *eſſe è materia, per lucem, in Spiritu*: *Quod imaginem ſui eſſe voluit is*, inquit, (NB,) *A Quo, Per quem, & In Quo ſunt omnia, Benedictus in ſæcula, Amen*. Hæc ſi vidit Theologus, nimia profectò in illo li- 45.
bido cavillandi, ne dicam calumniandi, fuit; ſi non perpendit, nimis oſcitanter & iniquè meliores aliorum ſententias, nondum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſibi exploratas, impietatis inſimulavit, ac ipſam interim Theologiam ſuis phantaſticis figmentis ac nugis fœdiſſimè conſpurcavit. Sano ergo ſenſu, quem ipſa Autoris verba luculenter produnt, ſi mens ejuſdem accipiatur, quid, quæſo, dixit aliud, quàm quod idem dixit ac ſtatuit Aſlacus, normæ cujuſdam inſtar à Theologo noſtro citatus? cujus quidem verba in præcedentibus citavi-

46. mus. Sed erraverit fortè Comenius, periculosè locutus fuerit, divinam operationem in Mundo ab operatione Creaturæ non ſatis diſcreverit; imò, ſi ita videatur rigido Cenſori noſtro, ipſam quoque immediatam Dei Providentiam non agnoverit: ſatiùs tamen fuiſſet Theologo noſtro, à theſi ambigua vel abſurda forſan, quæ eſt de Mundi Anima, periculoſam illam, impiam, ac nullo prorſum nexu cohærentem conſequentiam (quâ *operari omnia in omnibus* cenſetur,) ſolidiori ratione amputare; quàm conſequentiam largiri abſurdisſimam, ineptam, quæ conceſſa ipſam Dei deſtruit eſſentiam, ac ſolum impugnare antecedens. quòd ſit dubium, quod tamen non involvit contradictionem

47. aut impietatem ullam. Certè nunquam affirmavit ipſemet Comenius, quod à noſtro Theologo hoc loco affirmatur ac conceditur, quin imò nullo exigente certum atque ratum præſupponitur, (ut cavillandi ſit commodior occaſio in alios,) Deum hoc Univerſo definitum eſſe, qui nec aliter ſit ubique præſens, quàm quatenus in hoc toto Mundo præſens eſt; qui non aliter operetur omnia in omnibus, quàm quatenus ſecundùm ordinarium naturæ curſum operatur. Reverà hîc, qui nimis properè ac feſtinanter alios inſectatur, ipſe labitur; qui nimis rigidè in dicta aliorum propriam cenſuram ſtringit, ipſe magis inconſultè ac periculosè loquitur, ac majori ſanè, non privatâ tantùm, ſed & publicâ cen-

48. ſurâ dignum ſemetipſum reddit. Quòd ſi ex verbis ejus & judicio de aliorum dictis ſit hoc loco judicandum, non aliam ſententiam de Deo fovet, quàm quæ ipſa fuit Stoïcorum, Deum verum Mundi Intellectum asſiſtentem ſtatuentium; qui nihil queat agere, niſi quod & idem ſit in viribus naturæ; & à quo ne quidem aliud quicquam attentetur: de qua impia ſententia jam antè egimus ex ipſis Stoïcis. Egregias ergo, ſi Deo placet, rationes attulit Theologus, quibus petat jugulum Mundanæ Animæ: quibus ſanè niſi ſaniores tandem ac ſolidiores addat, nihil animis compo-

ſitis

ſitis ad pietatem perſuadebit. Sed aliis tandem armis ſe porrò nunc accingit.

MEDITATIO XI.

Præſcribit porrò contra illam, quæ fingitur, unam Mundi Animam, quæ in uno Animali magno repræſentet Imaginem unius Dei: & jugulat Animæ illius in ſingulis Univerſi atomis intimam præſentiam, quâ ſcilicet ipſa vacuum fugat, gemina hypotheſis quam dicemus, Prior eſt naturæ Angelicæ tanta excellentia, ut ſupra illam excellentius nomen habeat ſolius Dei Filius, Hebr. 1. Altera eſt, Faſtigium excellentiæ, quam nunc habet Anima Chriſti, omni creatæ naturæ perfectione poſſibili donata.

COMMENTARIVS.

Præſcribit porrò, inquit, (quaſi jam aliquid obtinuiſſet,) *con-* 1.
tra illam, quæ fingitur, (hæc nimirum eſt hypotheſis indubitata, quæ ſi corruat fortaſſe corruet univerſa Theologi Religio,) *unam Mundi Animam, quæ in uno Animali magno repræſentet Imaginem unius Dei,* (diſtinguant interim neceſſe eſt inter Mundi Animam & Intellectum; hic, ſi datur, κατ' ἐξοχὴν velut mens humana, Dei imago, & per hunc ſimiliter ipſe Mundus totus, propter unionem, merebitur appellari; ipſum verò naturale Mundi corpus in ſe ſpectatum, *veſtigium unius Dei*, ſi lubet, ex Theologi Medit. 4. Sect. 1. appelletur:) quin imò, non præſcribit tantùm, ſed *& jugulat Animæ illius in ſingulis Univerſi atomis intimam præſentiam* (ita nos quidem illius Animæ præſentiam non depinximus, quamvis & hoc modo queat accipi,) *quâ ſc. ipſa vacuum fugat* (indiſciplinatè ac verè ἀπαιδεύτως dictum,) *gemina hypotheſis, quam dicemus.* Attenda- 2.
mus ergo, boni Viri, ac metuamus jugulo mundanæ Animæ. *Prior eſt,* inquit, *naturæ Angelicæ tanta excellentia, ut ſupra illam excellentius nomen habeat ſolus Dei Filius. Heb. 1. Altera eſt, Faſtigium excellentiæ, quam nunc habet Anima Chriſti, omni Creatæ naturæ perfectione poſſibili donata.* Quod priorem attinet hypotheſin, illa equidem non malè aſſumpta eſt, ſed malè accommodata rei: quippe hîc ulnæ ponderibus comparantur, ut mox in applicatione fiet manifeſtum Medit. ſeq. Interea impræ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ſentiarum conſiderandum eſt, quodnam illud nomen ſit, quod
Filius Dei, & quidem *ſolus ſupra naturam Angelicam excellentius*
habeat? ne fortè ex eo perperam accepto præjudicium fiat in
3. progreſſu. Equidem ipſa ſacra Pagina cit. loco, verſ. 6. idipſum
exponit: nimirum, illud, *quo adorandus ab omnibus Angelis Dei,*
ex Pſalm. 97. 7. quo appellatur *Filius quem hodie,* id eſt ab æter-
nitate Deo ſemper univerſa præſenti, *genuit Pater,* ibid. verſ. 5. ex
Pſalm. 2. 7. quo ipſo nomine dicitur *primogenitus omnis rei con-*
ditæ. Col. 1. 15. *unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris,* Joh. 1.
18. *unigenitus Filius Dei,* Joh. 3. verſ. 16. 18. Quantò ergo hoc
nomen excellentius ſortitus eſt præ Angelis, tantò illis eſt præſtan-
tior. Hebr. 1. v. 4. Quin & per ſe eâ ipſa parte ſui, quâ illud ex-
cellentius nomen eſt ſortitus, nimirum divinitate ſuâ: quâ nempe
eſt ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς *reful-*
gentia gloriæ & character Perſonæ Dei Patris ſui, ſuſtinens omnia
verbo virtutis ſuæ, ibid. 3. *per quem etiam Mundus eſt conditus.*
4. verſ. 2. Non verò naturâ ſuâ humana, ſeorſim ſpectatâ, (quam-
vis ſecundùm totam perſonam;) quâ humanâ naturâ fratribus
ſuis per omnia ſimilis factus eſt excepto peccato, Phil. 2. 7. Hebr.
2. 17. & 4. 15. Nec adeò rationalis animæ eſſentiâ, quæ hanc na-
turam humanam conſtituit, excellentiam illam obtinet Dei Fili-
us: Niſi fortè cum Apollinare Hæretico quis ſentiat Chriſto pro
Anima rationali eſſe Spiritum Deitatis; ut ita humana Chriſti
natura non niſi per divinitatem abſoluta, ac in ſpecifico ſuo eſſe
conſtituta credatur: hoc eſt, nulla detur in Chriſto diſtinctio
perfectæ naturæ humanæ ac divinæ, utque adeò propemodùm ex
æquo Chriſtus quâ Mediator, ac quâ Deus, ſit adorandus. Quæ
certè ſententia Theologo noſtro uſque adeò non abſurda vide-
tur, ut apertè largiatur ac concedat Hypotheſin Diſp. ſelect. 2.
th. 23. *Chriſtum adorandum quâ Mediator eſt*: hac ſolummo-
dò reſtrictione, quòd dum *adorandus quâ Mediator eſt,* non ſit
novum σέβασμα, ſeu numen adorabile, ſed *eo tantùm cultu ſit a-*
dorandus, quo τὸ ὁμούσιον *Deïtatis, quâ Chriſtus ipſe Deus eſt, à no-*
bis adorandum: Ut adeò omnino tota ratio formalis, quâ, ſeu per
quam Chriſtus eſt Mediàtor in ipſa ſola Deitate Chriſti conſiſtat,
5. ex ſenſu noſtri Theologi. Namque argumentatio ſolidiſſima ta-
lis inſtitui poteſt ex ejuſdem verbis. *Quodcunque adorandum eſt,*
illud

illud quatenus ipſum eſt τὸ ὁμοούσιον Deitatis, eſt adorandum: Chriſtus QUA MEDIATOR *adorandus* eſt: ex præſuppoſitâ Hypotheſi Theologi: *Ergo Chriſtus* QUA MEDIATOR *eſt τὸ ὁμοούσιον Deïtatis.* Cùmque vocula *quà* ſtrictiſſimè rem limitet, univerſa ratio formalis τοῦ Mediatoris in Deitate Chriſti conſtituta eſt. Atque ita ſanè, cùm antehac ab Orthodoxis ſit aſſertum, *Mediatorem adorandum quà Deum*; Theologus noſter etiam propoſitionem reciprocam reddit, ſtatuitque *Deum adorari quà Mediatorẽ*: adhibitâ ſolummodò indiſciplinatâ aliquâ diſtinctiuncula *rationis formalis ſub qua, & rationis formalis quæ, & rationis formalis quâ, ſeu per quam.* Sed illam ſubtilitatem illius inge- 6.
nio relinquimus: Veluti & illud, quod alibi diſputat, *An Chriſtus ſibi fuerit meritus?* quod idem ipſe affirmat ac probat: quam *non minùs ſtultam curioſitatem, quàm temerariam definitionem* pronunciat Calvinus lib. 2. Inſt. cap. 17. § 6. Certè ſi obtinuerit ab orthodoxis Theologus noſter, rationem formalem, quà ſeu per quã Chriſtus eſt Mediator, in ipſa ſola Chriſti Deitate conſiſtere, utiq; meritò extollet univerſam Mediatoris Naturam, univerſum Chriſtum, ſecundùm omnes ſui partes æqualiter, ſupra naturæ Angelicæ dignitatem: at cùm ita peſſimo errore humana Chriſti natura evertatur, non metuo ne aliquid obtineat ab Orthodoxis. Nos interim (dum lubet paſſim Theologo noſtro per pro- 7.
prii ingenii curioſas ſpeculationes in Theologicis exſpatiari,) hoc fide tenebimus ex divina revelatione, Salvatorem noſtrum, cùm eſſet in forma Dei, humanam noſtram naturam totam aſſumpſiſſe, incorruptam, ac in humilis ſervi forma hominibus ſimilem factum eſſe, Phil. 2. v. 6. 7. Heb. 2. 17. & 7. 26. Tenebimus porrò unum eſſe Deum; ac unicum Deum eſſe adorandum: adeóque Chriſto non niſi propter ipſam Deitatem adorationis cultum eſſe decernendum, cui per eandem convenit reverà naturâ angelicâ præſtantiorem eſſe. At interim verè totum Mediatorem adorationis cultu veneramur; non quidem *quà eſt Mediator*, hoc eſt, quà parte ſui Deus eſt, ac aliâ parte homo eſt; ſed quatenus in unam perſonam humana Mediatoris natura cum Deitate eſt conſociata. Atque ita præſtantia Deitatis, quæ eſt in 8.
Chriſto Mediatore, non eſt communicata humanitati ſeorſim; quamvis ſit communicata perſonæ: (veluti per rationalem ani-

mam totus quidem homo rationalis redditur, ob unionem hy-
poſtaticam, at non ſeorſim tamen ipſum corpus;) Nec adeò hu-
mana Chriſti natura in ſe ſpectata eſt facta nobilior naturâ An-
gelicâ; quamvis omnino perſona Chriſti ſupra omnem naturam
emineat, ita ut à Patre hæres ſit conſtitutus omnium. Hebr. 1. v.
9. 2. Ex dictis autem facilè innoteſcit, quid de Theologi noſtri
altera hypotheſi ſit ſentiendum. Nimirum, *Faſtigium excellentiæ,*
quam NUNC *habeat Anima Chriſti, omni creatæ naturæ per-*
fectione poſſibili dotata, nullibi ex Scriptura eruitur aut monſtra-
tur, nec monſtrabitur in perpetuum: nec reverà talis excellentia
in Animam Chriſti poteſt cadere, niſi pro Anima Chriſti aſſu-
mat Theologus cum Apollinare Spiritum Deitatis, qui reverà
omnem omnino perfectionem, quæ creaturæ communicari
10. poteſt, in ſe eminenter habet. Certè extollere humanam Chri-
ſti animam ſupra eſſentiam Angelicam, eſt deſtruere huma-
nam Chriſti naturam, adeóque negare Chriſtum hominem:
Quippe ipſa eſſentiæ animæ humanæ dignitas & excellentia
à prima creatione inferior conſtituta eſt dignitate Angelorum
ſeu Intelligentiarum: Unde David Pſalm. 8. cum admiratio-
ne perpendens animo maximam illam in homine primùm con-
dito gloriam & majeſtatem, per quam nempe Dominus totius
Terrarum orbis conſtitutus eſt, inquit nihilominus, *Minorem*
feciſti eum paululùm Diis, ideſt, Angelis ſeu Intelligentiis. At illa
excellentia, quæ Animæ Chriſti peculiaris eſt, quantacunque
tandem animæ Salvatoris noſtri *nunc* adjecta eſt, non mutavit
Animæ eſſentiam. Toti ergo Chriſto, perſonæ, inquam, ex Di-
vinitate & humanitate conſtitutæ, illud faſtigium excellentiæ
tribuendum eſt, quod ſoli etiam Animæ Chriſti tribuit Theolo-
11. gus. Interea tamen, licet quidem eſſentiæ rerum creatarum ita
ſint in ſe determinatæ perfectionis, ut ſine contradictione non
poſsint intendi vel remitti; perfectio tamen accidentalis quæ ex-
tra eſſentiam eſt, non ſimiliter ex natura rerum certum modum
aut menſuram habet: quòd ſi autem ita alicujus *Creatæ naturæ*
perfectio poſſibilis jam *abſoluta & omnis* ſtatuatur, utique infinita
Dei potentia denuo limitata concipitur; quæ nihil inſuper acci-
12. dentalis perfectionis queat adjicere. Chriſti quidem natura hu-
mana in ipſa Chriſti perſona immenſitatem perfectionis acciden-
tariæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tariæ nacta eſt, eo ipſo quòd ſit immenſæ perfectionis Deitati in
unam ὑπόστασιν conſociata: niſi quod in ſtatu humiliationis natu-
ralibus etiam mutationibus, ac variis ærumnis, cruciatibus, ac do-
loribus noſtrâ causâ fuerit ſubjecta: Atq; hinc etiam rectè NUNC
quidem in glorificata Chriſti Anima aliquod altius faſtigium ex-
cellentiæ quam in nondum glorificata conſtituit Theologus,
(quod etiam redundat imprimis à peculiari quadam gloria Re-
demptoris noſtri, ex ipſo opere redemptionis peracto compara-
ta:) ſed & eidem animæ in ipſo etiam ſtatu humiliationis tam illu-
ſtrem excellentiæ accidentariæ gradum, ſub perſonæ θεανθρώπου &
hypoſtaticæ unionis intuitu, aſſignamus, qualem nulla Intelli-
gentiæ dignitas aſſequatur. Quòd ſi verò hunc excellentiæ gradũ
ad Animam Chriſti vel naturam illius humanam ſeorſim referat 13.
Theologus, aut perfectionem eſſentialem in illa ſupra omnem
naturam creatam concipiat, opponimus utique, *nihil falſius Re-
monſtrantium illâ aſſertione, Deum Patrem Filio ſuo unigenito
Deitatem ſuam altero modo communicâſſe, per gratioſam divinæ
poteſtatis ac gloriæ ſupremæ communicationem:* (ut ipſe noſter
Theologus habet. diſp. 3. Loc. de Trinit. th. 4. Cujus melioris cor-
rectionis ſuæ neſcio an hîc in ſuis Hypotheſibus ſatis memor ſit,
ac adeò errorem Remonſtrantium ipſe evitet:) *Et æquè falſum i-
ſtud: Illo communicationis gratioſæ modo tanquam filiatione novâ,
Chriſtum demum poſt reſurrectionem & ſeſſionem ad dextram,*
(hoc eſt, NUNC,) *accepiſſe illud Filii nomen, quo Angelis præ-
ſtantior eſt, de quo Apoſtolus Hebr.* 1. 4. ut habet idem cit. loc. th.
5. Ut autem rectè quidem NUNC, poſtquam glorificatus eſt 14.
Chriſtus, Anima ejus omnino excellentiſſimum nobilitatis gra-
dum accepiſſe, nullâ interim factâ eſſentiali mutatione, ſtatui-
tur: ita perperam in τῷ ὁμοουσίῳ Deitatis, quo Chriſtus ipſe Deus
eſt, ac in ſe character Patris, talem ſibi fingit Theologus mutatio-
nem ſelect. diſp. 2. th. 21. ut *fuerit Chriſtus Mediator circiter
4000 annis, antequam fieret Patre minor, aut Patris ſervus.* Cer-
tè quæ illa ſit mutatio in Deitate Chriſti, facta à principio tempo-
ris, vel à tempore lapſus, ego equidem non capio. Id verò unum 14.
mihi ſatis eſſe ſcio, jam tum ab ipſo lapſu protinus cœpiſſe pro
æterno voluntatis divinæ decreto, ac ipſius Filii lubitu, ἐνέργειαν
interceſsionis ac mediationis applicari Fidelibus; ac tandem,

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

cùm veniſſet plenitudo temporis, miſiſſe Deum Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui legi erant ſubjecti redimeret, ut adoptionem acciperemus. Gal. 4. v. 4. 5. Sic ergo vidimus Hypotheſes Theologi noſtri, quæ jugulum Animæ Mundanæ petere creduntur. Sed videamus inſuper, quâ ratione illi applicetur.

MEDITATIO XII.

Etenim ex hypotheſi, longo poſt ſe intervallo relinquit & Naturam Angelicam & Animam Chriſti humanam: & quidem titulo gemino: 1°. Unitate illâ ſingulari in Imagine unius Dei. 2°. Eſſentiali perfectione ubiquitatis ſeu Omnipræſentiæ, ad operandum omnia in omnibus. Utrumque ἀθεόλογον *eſt &* ἀλλόκοτον.

COMMENTARIUS.

1. Ut ergo adaptetur jugulo gladius: *Etenim,* inquit, *ex hypotheſi* præconcepta, illa Mundi Anima *longo poſt ſe intervallo relinquit & naturam Angelicam & Animam Chriſti humanam.* Equidem ex qua peculiari hypotheſi, nondum hactenus expoſita, hoc dicatur, non intelligo: Eorum certè qui Mundi Animam ſtatuunt ea non eſt: vereor itaque ne in ſolo cerebro Theologi noſtri ſit conficta. Suam hanc eſſe hypotheſin ipſe non diffitetur: quam ideo, cùm facilè conjiciat, ab aliis non ita facilè admiſſum iri, probare inſtituit, *& quidem titulo gemino.* 1°. *Unitate illâ ſingulari in imagine unius Dei.* 2°. *Eſſentiali perfectione ubiquitatis ſeu Omnipo-*
2. *tentiæ ad operandum omnia in omnibus.* Nimirum, ex hypotheſibus Medit. præcedentis conſtat naturam Angelicam ſeu Intelligentiarum, ac Animam Chriſti humanam, ſeu rationalem, nobiliorem eſſe omni omnino reliquâ naturâ creatâ: quod ultro nos ipſi dedimus ac conceſſimus. Atqui, Anima illa Mundi unitate illâ ſingulari in imagine unius Dei longo poſt ſe intervallo relinquit & naturam Angelicam & Animam Chriſti humanam, inquit Theologus. Sed toto cælo aberrat, ſi quidem Animam Mundi, vel formam, quâ eſt naturale corpus ſenſitivum, non novit ab il-
3. lius Intelligentia diſcernere. Debet comparatio inſtitui in eodem genere rerum, ac diverſæ res in eo quod commune habent inter ſeſe comparari debent, ut de dignitate earundem quâ talium vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

talium exactè poſsit judicari. Animalis natura Chriſti, (quæ nempe humanæ naturæ eſt ſubordinata,) ſeu corpus ſenſitivum, hoc eſt, natura ſtrictè propriéque Phyſicis appellata, cum corpore naturali aut ſenſitivo Mundi comparata, omnino hac ipsâ inferior ac minor eſt: ſimiliter Anima Chriſti humana ſeu rationalis, ſeorſim ſpectata, ſecundùm propriam eſſentiam, ſi cùm Intelligentia Mundana comparetur, huic quoque eſſentiali dignitate
propriâ cedit. At ſi in diverſis generibus rerum fiat comparatio; ſi 4.
nempe Chriſtus homo, ſeu humana Chriſti natura ſeorſim conſiderata, conferatur cum corpore Mundano naturali ſeu animato ſimpliciter, utique entium genera longè diverſa ſunt: tantóque nobilior omnino cenſetur natura Chriſti humana Univerſo Mundi corpore, quantò homo primùm conditus rebus naturalibus ſtrictè dictis excellentior factus eſt: nec enim corporea moles, utut magna, aſſequitur eſſentiæ dignitatem quæ in ſubſtantiam ſpiritualem, immortalem, rationis participem, &c. contributa eſt: veluti boum ac aſinorum quantumvis auctus numerus non
conficit exercitum. Si denuò Mundum Intelligentiâ præditum 5.
compares cum humana Chriſti natura, ille denuò ſuperior erit tantâ dignitate, quantâ homo minor dicitur Diis ſeu Intelligentiis. Pſalm. 8. Ac rurſum ſi jam Chriſtum θεάνθρωπον compares cum Mundo intelligente, tantùm denuò illud entis genus excel-
lit, quantum Creator ſuperior eſt Creaturis. Similiter, ſi Angelica 6.
natura conferatur cum Mundi Anima, quæ eſt natura ſtrictè dicta, illa certè ad genus eminentius referenda eſt: At ſi Angelica natura conferatur cum Intelligentia Mundana ejuſdem generis ſunt, vel quaſi generis, (in abſtractis enim genera & ſpecies propriè non dantur) coordinatæ ſpecies: velut homo & beſtia ex æquo animal ſunt; canis & æquus æqualiter beſtia. Interim inter Angelos ita propriè dictos, hoc eſt, Intelligentias ab aſſiſtendi munere liberas, & Intelligentias corporibus cœleſtibus aſſiſtentes, ſi concedendæ ſunt, aliquod dignitatis diſcrimen conciperem; ſed ita tamen, ut exiſtimarem eſſe dignitatis gradibus incommenſurabiles, (veluti circuli peripheria & ejuſdem diameter.)
Et ſi quidem Ordines Intelligentiarum admittendi ſint, quod 7.
magnis Viris, etiam Orthodoxis, veriſimile videtur, ſtatuerem alias quidem Intelligentias abſtractas aliis Intelligentiis aſſiſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tibus eſſe ſuperiores, ſeu nobiliores, alias verò aliis viciſſim eſſe inferiores: univerſum tamen ordinem abſtractarum univerſo ordine aſſiſtentium nobiliorem crediderim; ac inter aſſiſtentes illam nobiliſſimam, quæ Univerſo Mundo ſit præſtituta: An verò omnium harum infima ſit Anima humana propter alios non auſim ita facilè aſſeverare. Saltem humilitatis meæ con-

8. ceptum de me ipſo profiteri non dubito. Sæpius ipſe mecum cogito, & in animo meo cum Pſalmographo exclamo: *Jehova Domine noſter, quam magnificum eſt nomen tuum in univerſa terra, cui exponis ſupercœleſtem decorem tuum. Cùm reſpicio cœlos tuos, opus digitorum tuorum, Lunam & ſtellas quas ſtatuiſti:* Cogito, *Quid eſt mortalis, quòd memor ſit ejus? aut filius hominis, quòd viſites eum? Minorem quidem feciſti cum paululùm Diis; ſed gloriâ & majeſtate coronâſti eum: Præfeciſti cum operibus manuum tuarum, omnia poſuiſti ſub pedibus ejus, Greges & armenta quotquot ſunt, etiam beſtias agreſtes; Aves cœli & piſces maris, quicquid permeat ſemitas marium. Jehova Domine noſter, quàm magnificum eſt nomen tuum in univerſa*

9. *terra!* Sic hominem omnibus rebus in terrarum orbe conditis nobiliorem cogito; at majorem excellentiam in corporibus cœleſtibus animo concipio: interea tamen ad Deum unicum, rerum omnium conditorem, laudes omnes atque gratiarum actiones devotiſſimâ mente dirigo. Quæ hîc de Intelligentiis ſic obiter diſſerui, minùs equidem certa eſſe ſcio: at cum ſint merè philoſophica minùs quoque interim periculoſa eſſe non ignoro, quàm ſi de Chriſti merito pro ſemetipſo, vel de adoratione ejus, quâ Mediatoris, ſub *formali* quadā *ratione quâ*, vel *quæ*, vel *per quam*, vel *ſub qua*, aut ſi quid ſimilem ſubtilitatem habet, extra Scripturas hauſtam, de rebus Deum ipſum ac divinum cultum attinen-

10. tibus, ingenii ſolius causâ, diſputarem. Illa noſtra ſi ad pietatem fortè nihil conferant, omnino certè pietati ac religioni non officiunt. Animam autem Mundi, ſtrictè dictam, nihil dignitati naturæ Angelicæ aut humanæ Chriſti Animæ præripere ex dictis manifeſtum eſt: Et cùm perſonæ Chriſti dignitas non ſit in ejus Anima ſpectanda principaliter, ſed in eſſentia divina, ne quidem Mundi Intellectus, vel ipſe Mundus totus, ut eſt Intellectu præditus, Chriſto dignitate poteſt comparari, cùm finiti nulla penitus ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tus ſit ratio ad infinitum, Creaturæ ad Creatorem. Nec verò mirum eſt, ſi Mundus totus propter Intellectum proprium inter dignitates Intelligentiarum referendus ſit: quippe cùm & ipſe Auguſtinus dubitet in Enchir. cap.58. *Annon Sol & Luna & cuncta ſidera ad eandem ſocietatem pertineant.* Haud tamen ita Mundus totus, utut vel intelligentiâ inſtructus, omni naturâ angelicâ ſtatuetur excellentior: quandoquidem ex hypotheſi jam antè poſita, totus ordo abſtractarum Intelligentiarum, toto ordine adſiſtentium eſt nobilior; adeóque ſuprema ſaltem abſtractarum creaturarum, ſuprema adſiſtentium præſtantior. Quod autem ab *unitate illa ſingulari in imagine unius Dei* petitur argumentum, id omnino eſt ridiculum. Nec enim faſtigium excellentiæ Mundi altiùs aſſurgit, eò quòd Mundus unus ſit, quàm ſi eſſent ejuſdē eſſentiæ plures: veluti primus homo non erat eſſentiâ nobilior, quum ſolus eſſet in Univerſo, quàm poſtmodùm, cùm illi condidiſſet Deus adjutorium. Neque, ſi citra lapſum geniti fuiſſent tot hominum millia, quot genita jam ſunt, ob illam multitudinem eſſentia hominis deterior eſſet reddita; ſed ex æquo omnes cum primo parente ipſam Dei imaginem geſtarent integram, ac ſinguli *unitate ſuâ ſingulari in imagine unius Dei* eſſent conſtituti. 11. 12.

13. Sic ergo unitas illa Mundi ſingularis nullam omnino illi prærogativam addit præ Angelorum ſeu Intelligentiarum multitudine. Quin nec ipſe Mundus in imagine Dei conſtitutus dici poteſt, excellentiori illo modo, quo de homine & Angelis id dicimus, niſi propter illam formam ſuam aſſiſtendo informantem, quæ è multitudine Intelligentiarum una eſt: *Eſſentialem* verò *profectionem Ubiquitatis ſeu Omnipræſentiæ ad operandum omnia in omnibus*, (quæ Dei veri ac ſolius Attributa ſunt,) colligere ex præſentia alicujus Animæ mundanæ vel Intellectus in hoc toto Mundo, eſt denuò non aliam ipſius veri Dei *Ubiquitatem* ſeu *Omnipræſentiam ad operandum omnia in omnibus* concipere, quàm quæ hujuſce Mundi terminis ac viribus ſit definita, ipſique Mundo ſit arctiſſimè adſtricta, (ut jam in præcedentibus eſt pluribus diductum:) quod certè penitus eſt ἀθεόλογον & ἀλλόκοτον. Ita autem

14. conſtantiſſimè Theologus noſter præſentiam in hoc toto Mundo cum abſoluta Dei ubiquitate, & omnipotentia *ad operandum omnia in omnibus*, unam eandemque facit, ut non ſatis ſit, id jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

bis terve repetiiſſe, ſed idem denuò tum Meditatione proximâ, tum inde conſequente iterum, inculcet: ne omnino quiſquam imperitior exiſtimet, *Mentem illam vel Animam in Mundo*, quem cum Marone ſtatuit, quem *Deum ipſum* atque *Dei Spiritum* pronunciat, etiam extra Mundum atque ſupra Mundum habitare. Quippe eam rem reverà eſſe ἄτοπον, ac adeò omnino eſſe
15. nullibi, hoc eſt, non eſſe, judicat, quæ nullibi ſit definita. Cùm verò ſoli Deo convenire credat hoc Univerſo definitum eſſe, utique abſurdum cenſet, ſi creata aliqua natura adeò diffuſam præſentiam ac potentiam habere ſtatuatur. At interim abſurdum non exiſtimat ipſo ſaltem Mundo ſecundùm varias naturas ſimul ſumptas eandem omnipræſentiam attribuendam eſſe: quæ quidem variæ naturæ Mundi particulares cùm ad effectus naturales producendos unà cum Deo naturaliter cooperentur, ſimul ſumptæ ſaltem dici poterunt ex ſenſu noſtri Theologi Ubiquitatem & Omnipræſentiam habere ad operandum omnia in omnibus.
16. Sic ergo Deum jam invenerit Theologus corporeum, finitum, diviſibilem, per partes diſcurrentem, ac concinnè mobilem, quem *proclivi lapſu* tradat imperitis *adorandum*. Hoc ſi ab ullo ſanæ mentis seriò ſtatueretur, omnino foret ἄθεον. Non ita palpando in Mundo viſibili Deus quærendus eſt: cui equidem, cùm infinitus ſit, omnia ſunt præſentia, at ita ut nec loco, nec tempori, nec ſubjecto ulli mobili adſtrictus, extra Mundum, ſupra Mundum, ſine Mundo, ubique præſens ſit, omnipotens, ad operandum o-
17. mnia in omnibus. Cogitemus quantus ſit terrarum orbis, ſi ad noſtros digitos vel pedes, conferatur: at quantillus idem eſt, ſi conferatur toti Mundo? indiviſibile ac inviſibile punctum creditur. Sic porrò altiùs ad infinitum Deum erigamus animum, & à viſibili Creatura ad inviſibilem Creatorem mentis aciem attollamus: Cogitemus denuò, quantum ſit hoc Univerſum, ſi ad terræ & aquarum orbem comparetur: at quantillum erit idem ſi immenſo Deo conferatur! Hîc nulla intercedit ratio, infinita quippe eſt diſtantia infiniti à finito. Quid mirum ergo foret, ſi tantillo corpori tantilla anima (ſi ita loqui liceat,) fuiſſet addita, ſi tantillus intellectus eidem ab immenſo Deo foret præſtitutus, qui ut ab ipſo Deo ac à ſolo Deo pendet, quoad eſſe proprium & operari, ita certè nec divinam Providentiam immediatam, nec concurſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

curſum ejus aut cooperationem tollit vel è Mundo arcet. Ne ve- 18.
rò *enervari* videatur (quod & alibi metuit Theologus,) *demonſtratio Theologica veræ Deitatis Chriſti* , *ex attributa Perſonæ Chriſti Omnipræſentia & Ubiquitate* , ſi Mundi quædam Anima in toto Mundo præſens ſtatuatur : duo hîc cum Orthodoxis omnibus præſupponam. 1°. Veram Chriſto Ubiquitatem convenire. 2°. Chriſtum verum eſſe hominem. Hinc ergo, cum homini quâ homini, non conveniat Ubiquitas,ac ne quidem in hoc UniverſoOmnipræſentia :(quippe qui ſtrictiùs limitatæ naturæ ac anguſtiùs determinatæ molis eſt,neque extra dimenſionem ſui corporis parte ullâ ſui poteſt eſſe vel operari:) conveniat autem Chriſto, per priorem hypotheſin,vera ubiquitas : Utique non eſt ſolus homo. At non poteſt largiri Chriſto talem ubiqui- 19.
tatem anima aliqua illi propria , fortaſſe ſimilis Mundanæ Animæ,ac ita latiùs quàm intra proprii corporis dimenſionem diffuſa:ſic enim non eſſet verus homo: quod eſt contra alteram hypotheſin. Neque poteſt humanæ Chriſti naturæ, per animam humanam quidem conſtitutæ ὑποστατικῶς unita eſſe ipſa Mundi Anima vel Intellectus , quippe qui eſt ipſi Mundo ὑποστατικῶς unitus. Nec verò poteſt Intelligentia ulla creata,quæ ſit Omnipræſens humanæ Chriſti naturæ perſonaliter eſſe ſociata:Creatura enim Creaturam formaliter determinans,ac ὑπόστασιν conſtituens, corporis dimenſiones non excedit: (hinc Mundi Anima vel Intellectus prout magnæ ac diffuſæ eſt virtutis, ita magnum corpus ſibi congruum obtinuit ; ac ipſa rationalis anima humana , quæ nunc fortè magno corporis ὄγκῳ ſociata eſt, ut tota toti, eadem non erat olim parte quadam ſui extra puſillum embryonem.) Nec poteſt dici Chriſtus beneficio Mundanæ Animæ vel ejus Intellectus, aut Intelligentiæ alterius cujuſcunque, extra proprii corporis dimenſionem , in toto ſaltem Univerſo , operari & per conſequens exiſtere : ſic enim non perſona ipſa Chriſti omnipræſens poſſet dici. Reſtat ergo , ſalvis hypotheſibus manentibus, 20.
unam Deitatem humanitati Chriſti ὑποστατικῶς unitam eſſe : Ut ejus ratione tribuenda ſit perſonæ Chriſti Omnipræſentia in finito Univerſo; ac porrò, ubi nulla illi convenit præſentia,nimirum extra totum Univerſum , ſit eadem ubique , per immenſitatem ſuæ Deitatis infinitam; naturâ interim humanâ exiſtente verè li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

21. mitatâ. Qui hanc demonſtrationem noſtram non admiſerit, is neque veræ Deitatis Chriſti demonſtratione acquieſcet, ſi vel ipſa Mundi Anima & Intellectus evertatur: ſed in hypotheſi priori, quâ perſona Chriſti omnipræſens præſupponitur, quæ quidem Orthodoxis rata eſt ac certa, vel citra Mundi Animam non acquieſcet. Id ergo genus hominum omnino aliâ demonſtratione Theologicâ eſt convincendum.

MEDITATIO XIII.

Locum Geneſeos cap. 1. 2. à detorſione ad Spiritum Mundi, creatum ad operandum omnia in omnibus, vindicavimus perſonæ divinæ Spir. S. Loci de S. Trinitate Diſp. V. *& facili epanorthoſi Danæum cum ſe ipſo conciliavimus, & nobiſcum.*

COMMENTARIUS.

1. De Loco aliquo S. Scripturæ, pro demonſtranda Mundi Anima, haud magis laborandum erit iis, qui eandem urgent, quàm ut Antipodes ſat evidenti teſtimonio Scripturæ demonſtrentur. Neutra enim quæſtio eſt Theologica, vel ad ſalutem per ſe ordinata: ſed ut illa eſt Geographiæ, ita hæc Philoſophiæ naturalis eſt. Quod ergo attinet Scripturæ loca, relinquatur illa integra Theologis, ac nihil penitus ex iis ſibi Mundi Anima arripiat ſubſidii: quam equidem in ſacra involare nefas eſto. Sic ergo *Locus* ille *Geneſeos* 1. 2. intactus eſto potiùs, quàm *vindicatus à detorſione ad Spiritum Mundi creatum:* Qui certè potiùs ex proprio animo Theologi, nimis ad reprehendendum proni, quàm pro conceptu Comenii, alibi ab eodem citati, fingitur *creatus ad operandum omnia in omnibus.* Chriſtiana certa charitas ac ipſa pietas non paſſa eſt, ut talem injuriam æquiori, hac ſaltem parte, Viro (mihi equidem tum quoad perſonam tum quoad religionem ignoto,) inferri, ac aſpergi contumeliam, potuerim æquo tolerare animo: imprimis cùm non admodùm obſcurè per latus Comenii nos ipſos impetat Theologus, utpote quibus haud ita pridem non abſimilem in eadem materia impietatem affricare ſtuduit, cùm

2.

3. proprios ſuos conceptus ac verba pro noſtris obtruderet. Quæ ergo melior mens ac ſententia ſit Comenii, jam antè propriis illius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

lius verbis eſt exhibitum: quamvis interim, ſi enunciata ſingula
ſeorſim ſumantur, quod ſit à noſtro Viro, duriùs quam par eſt ſit
locutus; ac omnino etiam alias, quæ hanc rem non ſpectant, de
hoc Spiritu abſurdas habeat opiniones, (haud tamen magis hæ-
reticas vel impias fortaſſe quàm derivatio rationalium animarum
ex traduce,) quas ipſi etiam alibi contra eundem refutavimus.
Ita ſuum cuique tribuo: nec in re philoſophica potiùs Autoritati 4.
cujuſquam quàm rationi & experientiæ me addico, dum interim
imprimis magni facio Antiquos, Ariſtotelem præſertim, ac
Platonem. Quibus cùm rectè conveniat quidam Mundi Spiritus,
quem ratio confirmare videtur, eundem ipſi quoque, quà in-
terim negotium Religionis non attingit, haud dubitanter ad-
miſimus; at interim à durioribus illis Comenii verbis, quæ admo-
dùm offendiculo ſunt Theologo noſtro, vel ultro abſtinuimus:
cùm nihilominùs tamen ſub perſona Comenii iniquè perſtringa-
mur. Hac ergo ſolâ parte ad nos attinet Comenius, quòd vel
inſontes per ipſũ patiamur: ut adeò omnino nulla nobis ratio in-
jungat, cur illius cauſâ quid agamus (poſſemus enim pro affecta-
to rigore, unà cum Theologo illius verba perſtringere, ſenſum-
que inde elicitum damnare,) præter ſolam æquitatem ac chari-
tatem chriſtianam: quam ſi deinceps ſibi quoque commendatam
habeat Theologus, non ita facilè malum cogitabit, vel hæreſes
infandas ac in Religionem offendicula in meliorum animos ef-
fundet. Locis ergo Scripturæ omnibus in loco ſacro relictis, quæ 5.
ſaltem fuerit Danæi circa locum illum Gen. 1. 2. explicatio
examinemus, ut appareat an rectè Theologus Danæum Danæo
ac ſibi ipſi conciliàrit. Tacitè enim demuò nos oſſitantiæ incu-
ſat hoc loco Theologus, quaſi Danæi mentem non fuerimus aſ-
ſecuti, quando hic nobis viſus eſt cit. loc. Geneſeos indigitare
non perſonam ipſam Spiritus S. ſed illius aliquem effectum, quem
Mundi Animam nos ipſi appellavimus: at interim ſi quis D.
Theologi noſtri rationes ſcire avet, illi aliò commigrandum erit,
nempe ad *Locum* ejus *de S. Trinitate*; illic enim, inquit, *Diſp.*
V. facili epanorthoſi Daneum cum ſe ipſo conciliavimus & nobiſ-
cum. Ne verò ita ſtupidi penitus fuiſſe videamur, qui non rectiùs 6.
Danæi mentem perceperimus, quàm ut facillimâ aliquâ epanor-
thoſi è diametro nobis ſit adverſa: expendamus, quæſo, quid &

pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

pro Danæo & pro ſua cauſa afferat Theologus eâ diſputatione
ad quam nos remittit. *Ad quem Locum* (Gen. 1. 2.) *dicendum*
obiter, inquit th. 4. *quid cenſeamus de opinione magni Theologi*
Danæi, quam videre eſt Phyſ. Chriſt. cap. 25. (add. part. 1.) *Vo-*
cem Spiritus Dei notare non Perſonam tertiam Trinitatis, ſed
ipſius Spiritus S. præſentiæ & actionis ſymbolum creatum ventum
7. *& flatum, aquas agitantem & motitantem.* Ipſa verba potiùs
Danæi audiamus: nam pro more ſuo Noſter illa præter proprii
Autoris mentem ex parte detorquet: Danæus igitur mox in initio
citati cap. pag. 117. edit. Genev. ann. 1602. expoſiturus, *cur*
commemoratus ſit à Moſe DEI SPIRITUS.? Primum quidem
hanc rationem reddit: ut Mundi Creationem non ſolius Patris
& filii, ſed & Spiritus quoque ſancti opus eſſe intelligeremus:
ſubjungit autem, *Quamquam, ſi propiùs verba ſpectes, vox,* SPI-
RITUS DEI, *notat eo loco non Perſonam illam tertiam Trini-*
tatis infinitam, & nullo loco concluſam, ſed ipſius tantùm effectum,
& vires, & præſentiam quandam, quæ ſeſe exerebat, & mani-
feſtabat illic. Sed eſt, inquit, (pro *Sed* legendum *Sic* puto,) *in*
Scriptura frequens, ut Spiritus S. & dona & ſymbola pro ipſo ha-
beantur, & quum illa commemorantur, ipſe illic ſuo ſpecialique
modo fuiſſe intelligatur, ut Luc. 3. (ubi corporea ſpecie deſcen-
diſſe dicitur Spiritus ſanctus, tanquam columba,) *quia alio nobis*
modo quàm per ipſos ſuos effectus & dona innoteſcere non poteſt.
8. Hactenus quidem priora aliquot à Theologo citata verba ſenſui
conveniunt: ſed interim ex ipſis Danæi verbis mens illius magis
clara eſt ac manifeſta, ſc. *non ipſam Perſonam Spiritus S. voce*
Spiritus Dei denotari; ſed aliquid à Spiritus S. dependens & ab
eodem productum: quamvis interim præſentia ipſius Perſonæ illâ
voce ſimul indicetur. Reliqua verba, (quibus *creatus ventus &*
flatus aquas agitans & motitans Danæi ſententiæ tribuitur,) pro
ſuo arbitrio eruit Theologus noſter ex eodem cap. Danæi, p. 120.
9. Illic enim rationem redditurus Autor, cur *actio illa Spiritus*,
(quem à Perſona Spiritus S. manifeſtè diſcreverat,) *& vis ejuſdem*
ex quadam ſui agitatione, motitatione, & venti flatu, deſcripta ſit?
hæc habet: *quoniã ipſius* (*ipſius* inquit cum emphaſi ad diſtincti-
onem cauſæ ab effectu prædicto) *ipſius Spiritus ſancti præſentiæ &*
actionis ſymbolum fuit hæc agitatio & flatus: uti columba alibi fuit
ejuſdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

ejuſdem Spiritus S. præſentis ſacramentum. Matth. 3. v. 16. Ali-
bi linguæ igneæ operationis & donorum ejus ſigilla & notæ. Act. 1.
Alibi etiam flatus emiſſio & ſpiratio ex ore. Joh. 20. v. 22. Nem- 10.
pe hæc mens ſatis clara eſt Danæi: Veluti alibi ipſa Perſona Spi-
ritus S. ſe ipſam præſentem monſtravit manifeſto aliquo ſigno,
columbæ, linguarum ignearum, flatus, vel ſpiritus ex ore; ita
hîc ſimiliter manifeſto ſigno ac ſymbolo creato, quod voce
Dei Spiritus indigitatur, agitante & motitante aquas, præſentiam
ſuam manifeſtavit idem ille Spiritus S. Haudquaquam verò vocat
Danæus *creatum ventum vel flatum aquas agitantem & motitan-*
tem, ut noſter Theologus ejus verba refert; ſed *illum Dei Spiri-*
tum, quem dixerat non eſſe ipſam Spiritus S. perſonam, agnoſcit
ſecundùm verba Moſis, SESE *agitâſſe in ſuperficie aquarum*. p. 119.
Ejuſdem verò *Spiritus actionem & vim ex quadam* SUI *agitatio-* 11.
ne, motitatione, & venti flatu, (quæ non magis perſonæ Spiritus
S. per ſe conveniunt, quàm deſcenſus columbæ Matth. 3.) *deſcri-*
ptam inquiens pag. 120. utique *agitationem* illam, *motitationem*
& *venti flatum* pro uno eodemque ſumit: Adeoque non intelli-
git per *Spiritum Dei* hoc loco *creatum ventum ac flatum*, ut no-
ſter Theologus ejus mentem reddit; ſed ipſam *creati ſpiritus a-*
ctionem ac efficaciam per *venti flatum* exponit. Aut certè, (ſi quis 12.
credat Danæum ſibi minùs conſtare, ac pro Spiritu quem antè
negabat eſſe Perſonam Spiritus S. nunc denuò ipſum Spiritum S.
accipere,) intelligit *actionem & vim ipſius Spiritus S.* ſeu *vegetum*
robur inditum tam magnæ moli, non ſolùm per quod eſſet, ſeſeque
ſuſtineret, & tanquam portaret; ſed etiam vim inſertam, injectam,
& excitatam in ea, per quam poſtea ad parturiendum & velut con-
cipiendum incaleſceret: ut loquitur, cit. pag. 119. Hanc mentem 13.
Danæi agnovit Rev. ac Clariſſ. D. Rivetus Exerc. 2. in Gen. Ubi
tres Orthodoxorum Theologorum ſententias de Spiritu illo Gen.
1. recenſens, præter eos qui *per ſpiritum Dei ventum vel aërem*
intelligunt, ac eos qui intelligunt *Spiritum S.* alios eſſe refert, *qui*
non ventum creatum; ſed vim, impetum, & efficaciam quandam
vitalem & fœcunditatis plenam, aquis à Deo impreſſam, indigi-
tent: quam etiam expoſitionem dicit amplecti Chryſoſtomum
hom. 3. in geneſ. quamque non obſcurè Danæo aſſignat. Sed, ſi 14.
quidem impræſentiarum animus eſſet ipſum Mundi Animum tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

eri, & ex citato loco Geneſeos illi veritatem aliquam adjicere, ſa-
tiùs omnino foret admittere *creatum ventum*, ex Theologi noſtri
explicatione, quam quemcunque dubium Spiritus S. effectum,
qui fortè ex Danæi mente ipſa Spiritus S. operatio creaturæ appli-
cata poſſet credi. Nam ſi nihil impedit, nec orthodoxiam Religi-
onis deſtruit in pio animo, ſi ex hoc loco Scripturæ non colliga-
tur Perſona Spiritus S. ſed ſolummodò *ventus* quidam *creatus*;
ut Danæi ſententiam refert Theologus: an officiet orthodoxiæ,
vel an minori cum probabilitate dicetur, intelligendam eſſe hoc
loco *Spiritum* quendam & *Animam Mundi*, per quam univer-
ſa illa viſibilis Creatura *non modò ſit, ſeſeque ſuſtineat, & tanquam
portet*, ut Danæi verbis utar, *ſed etiam ad parturiendum & velut
15. *concipiendum incaleſcat*? Sed, quod antè ſum profeſſus, Theologis
Orthodoxis hujus loci explicationem in ſolidum relinquo. Id
unum videamus, quo ſenſu & quâ ratione interpretetur noſter
Theologus verba Danæi. *Cenſemus non hoc velle Danæum*, in-
quit, *quod priora illa verba præ ſe ferunt: De hypotheſi autem iſta,
(quâ aſſerit notari creatum ventum ſeu flatum per illam incubatio-
nem in ſuperficie aquarum,) non eſſe contendendum. Si qua eſt ex
iſta hypotheſi metonymia in verbis Moſis, hallucinatus tantùm in
eo eſt Danæus, quòd illam conſtituat in ſubjecto, ac voluerit per Spi-
ritum Dei intelligi præſentiæ Spiritus Dei ſymbolum creatum: fla-
gitat enim legitima verborum analyſis ex iſta Danæi mente, ut o-
mnino vox, Spiritus Dei, notet Perſonam tertiam Trinitatis, atque
ut metonymia ſit in prædicato enuntiationis, per quam venti iſtius
motitatio, quaſi incubantis gallinæ, ſymbolicè tribuatur primo auto-
16. ri & Creatori iſtius venti ejuſdemque motori.* Hæc illa Theologi
noſtri interpretatio eſt, per quam facili epanorthoſi Danæus cum
ſe ipſo & cum noſtro Theologo conciliari credatur. Cenſet ni-
mirum, *non hoc velle Danæum, quod illius verba priora præ ſe
ferunt*: nempe, dum *voce, Spiritus Dei*, dicit *non intelligendam
Perſonam Spiritus Sancti*, cenſet Danæum voluiſſe, intelligen-
dam eſſe eâ voce *ipſam perſonam Spiritus S.* Ita, ut negatio Danæi,
quæ in verbis fuit, vim habuerit affirmationis in Danæi mente.
Perſpicacem omnino neceſſe eſt eſſe eum Virum, qui ita inti-
mos animi ſenſus ex contrariis verbis vel è longinquo ſcrutari
poteſt. Deus quidam adeò profundus animi ſcrutator potiori
jure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

jure ſtatueretur; quàm ut Mundi Anima *enter & potenter, ubique præſens, & operari omnia in omnibus* colligatur, ex eo, quòd in Univerſo Mundo præſens ſtatuatur. Sed quid ergo de Da- 17.
næi creato vento dices, bone Vir, quem ipſe à Danæo intelligi aſſeris, ſi non hoc velle Danæum putas, quod priora illius verba præ ſe ferunt? hoc eſt, dum putas Danæum ipſam Perſonam Spiritus S. intellexiſſe? Scilicet, reſpondet Theologus, *de hypotheſi iſta non eſſe contendendum.* Æquo ergo animo fertote, æquisſimi Judices, tantam oſcitantiam in Danæo coargui, qui tam manifeſtè in una eademq; periodo ſibi contradicat. Priori quidem illâ parte verborum ipſa verba menti contraria ſuâ ſponte effluebant; at poſteriori hac parte nimis ineptus cenſetur ipſe Danęus. *Si enim eſt ex ipſa hypotheſi metonymia* aliqua *in verbis Moſis,* omnino *hallucinatus eſt Danæus,* qui illam accommodavit ſubjecto enuntiationis, cùm eſſet accommodanda prædicato. Sed pace tuâ di- 18.
camus, præſtantisſime D. Doctor: nullam omnino ex iſta hypotheſi, quam vocas, metonymiam concipit in verbis Moſis ipſe Danæus: quippe qui iſtã hypotheſin *de vento creato,* quam tu illi affingis, non habuit pro rata: nec adeò cum ratione à te factum cenſemus, quòd exinde *Danæum* ſtatuas *hallucinatum.* Ac nimis ſanè ipſemet ineptus evadis, quòd cùm præſumas Danæum cum ſe ipſo atque tecum *conciliare,* eundem dicas *hallucinatum* fuiſſe: Dumque illum ſibi conciliare ſtudes, utique verba ejus, quæ in controverſiam trahuntur, conciliare debes ejus menti: at ineptè *cenſes,* (nullâ penitus adjectâ ratione, niſi quòd ita *cenſeas,*) *non hoc velle Danæum, quod illius verba præ ſe ferunt.* Cenſoria quidem tua hæc poteſtas nimis eſt iniqua. Nam quid ſi nos eâdem ratione diceremus, nos *cenſere te non illud velle contra nos, quod verba tua præ ſe ferunt;* & ſi fortaſſe aliqua à te injecta urgeat difficultas, cenſeremus iterum, *de ea non eſſe contendendum:* anne rectè nobis conciliatus ipſe tibi videreris? Sed fortaſſe credidiſti commodè 19.
conciliatum iri tecum Danæum, dummodò exponeres quid pro rei veritate loqui debuiſſet: at dum interea cum tua mente ipſa verba Danæi non conſentiunt, quî ſciam rectè jam Danæum eſſe ſibi ipſi conciliatum? Certè non conſtituit hic metonymiam ul- 20.
lam in ſubjecto nempe *voce, Spiritus Dei;* ſed *ipſam illam vocem* propriè accipit, dum inquit, *ſi propiùs verba ſpectes, notare eo lo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

co non Perſonam illam tertiam Trinitatis infinitam;ſed *ipſius tantùm effectum & vires & præſentiam quandam*, &c. ſeu, *vegetum robur inditum tam magnæ moli, & vim inſertam in eam, quâ ad parturiendum incaleſceret.* Interea tamen rem ipſam, voce illâ *Spiritus Dei*, non metonymicè ſed propriè denotatam, ſignum eſſe teſtatur, ac ſymbolum, quin & effectum, Perſonæ Spiritus
21. Sancti,ibidem præſentis & operantis. E diametro ergo Danæus noſtro Theologo eſt adverſus: Hic enim voce *Spiritus Dei* propriè ipſam SpiritusS.perſonam denotari contendit, Danæus contrà non ipſam Perſonam propriè,ſed Perſonæ effectum: Ac velut columbæ ſpecies, Matt.3.16.Marc.1,10.Ioh.1.32.igneæ linguæ, Act.2.3.flatus emiſſio & exſpiratio ex ore,Ioh.20.v.22.non ſunt ipſeSpiritus S.ita nequehoc loco perSpiritumDei propriè intelligendam SpiritusS.Perſonam contendit. Atq; ita reverà *flagitat legitima verborum analyſis ex ipſa Danæi mente,ut minimè vox, Spiritus Dei, notet Perſonam tertiam Trinitatis* per ſe ac propriè: quippe cùm hujus *effectum* aliquem in ipſa Creatura conſtituat Danæus, *Spiritum illum* à Perſona Spiritus S. diſtinctum, qui *ſubjecti* locum teneat; & cui *prædicatum* (*agitare, motitare,*) non per metonymiam aliquam, ſed propriè tribuatur: unde *Spiritus illius actionem & vim ex quadam* SUI *agitatione, motitatione & venti flatu deſcriptam* dicit: quæ *Spiritus* à Spiritu S. producti *motitatio, quaſi incubantis gallinæ, ſymbolicè tribuatur primo autori & creatori iſtius* non venti, ſed *Spiritus*, ventum ſeu flatum aut agitationem vel motitationem producentis,ejuſdemq;
22. conſervatori ac *motori.* Sed alia inſuper obſervat Theologus in ſententia Danæi, quibus ſe urgeri poſſe non ignorat:iis ergo etiam aliqua ſpecies eſt prætendenda. Addit igitur th. 5. *Quæ porrò ibidem Danæus loquitur de Dei Spiritu illo omnipotente,omniaque vi ſuâ divinâ ſuſtentante ac vivificante, per quem illa terræ & aquæ moles immenſa & tam ſtupida ſubſiſtebat, vigebat,vegetabatur,ſuſtinebatur, retinebatur, & (ut ita loquar) animabatur:illa quiſquis arripere volet ad definitionem Animæ Mundi creatæ,non autem Perſonæ tertiæ Trinitatis, Danæo injuriam facit, qui monſtroſam illam unam Mundi formam, Spiritum & Animum mox cap.27.*
23. *refellit. Videatur etiam Aſlacus de Cœlo ſidereo, lib. 2. cap. 11. qui iſtius ſententiæ refutationem jubet petere ex Danæo contra Agrippam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

grippam alioſque. Verba Danæi hîc citata, *de Dei Spiritu illo omnipotente* extant pag. 118. quibus jam manifeſtè *perſonam Spiritus S.* ab illo *Spiritu creato* diſcernit, qui nempe illius ſymbolum erat. Hunc ipſum Spiritum S. meritò primariam ac principalem cauſam, quin imò immediatam cauſam ſupernaturalis operationis inculcat: *ut agnoſcamus* (verba illius ſunt ibid.) *quâ vi & quo Spiritu illa tanta & prima moles,* (nondum ſufficienter pro naturalibus operationibus propriis exercendis inſtructa,) *ſuſtentata fuerit etiam ab initio : (cùm nondum erat ex verbo Dei indita vis aliqua ordinaria gignendi & producendi rebus ipſis; nam illa poſtea data eſt,* ut aït pag 119.) Hunc ipſum *Dei Spiritum omnipotentem,* 24.
omnia vi ſuâ divinâ ſuſtentantem ac vivificantem meritò inculcat, veluti *per quē illa terræ & aquæ moles immenſa & tam ſtupida ſubſiſtebat,* &c. *& (ut ita dicam) animabatur*: nimirum, rationē addit, *ut iſta omnia & eorum vires ad Dei unius gloriam referamus. Animabatur* autem ac *vegetabatur* illa moles terræ & aquæ *per illum omnipotentem Dei Spiritum* non formaliter ſed effectivè: quippe, ut ſubjungit, eodem *Spiritu Dei etiam hodie omnia ſubſiſtunt & ſuſtentantur, quamquam vim & naturam propriam jam ſortita ſunt.*
Hinc non modò hunc omnipotentem Spiritum, ut omnium 25.
communem cauſam conſiderans, ſed etiam ad cauſas naturales mentis aciem intendens, dicit pag. 117. *Spiritum Dei robur vegetum indidiſſe illi tam magnæ moli, non ſolùm per quod eſſet* SESEQUE *ſuſtineret,* (hîc manifeſtè inſitam facultatem effectricem naturalem tribuit Univerſo,) *ſed etiam vim quandam inſeruiſſe ad parturiendum.* &c. Ut ergo à Spiritu S. cauſa ſupernaturali effectivè *animabatur* magna illa moles, ita animata eſt formaliter à cauſa naturali per Dei Spiritum S. illi indita. *Illa* ergo Danæi verba 26.
(quòd formaliter *animatus fuerit* Mundus) *quiſquis arripere volet ad definitionem Perſonæ tertiæ Trinitatis, non animæ Mundi Creatæ, Danæo injuriam faciet, qui monſtroſam illam Mundi animam, quæ ſit ipſe Deus, modò cap.14. refutaverat:* ac denuò *monſtroſam quandam unam Mundi formam mox cap. 27. refellens*, ad illam formam reſpicit præcipuè, quæ Stoïcis & Ariſtoteli eſt ipſe Deus: Unde ibidem, *Rectè negat*, inquit, *Auguſtin. lib. 7. de Gen. ad lit. cap.12. Deum hujus Mundi tanquam animantis animam eſſe: quando ipſe ſupra Mundi corpus, omnemque ſpiritum habitat,*

27. *atque etiam extra Mundi totius fines diffunditur.* Theologo tamen noſtro placet *illa* Danæi verba *non arripienda eſſe ad definitionem* ANIMÆ MUNDI CREATÆ, ſed increatæ, nimirum *Perſonæ tertiæ Trinitatis.* Reſpondet hoc illius menti jam antè pluribus ſat luculenter traditæ. Fruatur ille, ſi quidem fas ſit Chriſtiano, ſuo ſenſu: de meliori ſaltem mente præſtantiſſimi Danæi nullus dubito; nec dubitabit, quiſquis ante dicta & ex eodem al-
28. legata rectiùs perpenderit. *Aſlacum* quoque vidimus in præcedentibus, non ubi *de cælo ſidereo* agit, ſed ubi ex poſeſſo agit de ipſa Mundi Anima, quem ibidem toto cælo ſidereo longiùs diſtare à Theologo noſtro manifeſtum dedimus: quin & ipſum quoque Danæum, ad quem remittebamur ab Aſlaco, antehac luſtravimus; quem illic quoque longè meliori, præ Theologo noſtro, ſententiâ imbutum, ex propriis illius verbis deprehendimus. De Agrippa verò nihil etiamnum judicamus: quippe quem in hac materia etiamnum ignoramus: At conjecturâ tamen facilè aſſequimur, hunc in errorem Stoïcorum circa Mundi Animam (non ſecus atque noſter Doctor,) impegiſſe, quippe cum Danæum & Aſlacum ſibi Adverſarios habuerit.

MEDITATIO XIV.

Dató autem, non conceſſo, non poſſe nobis conciliari Danæum ſuper loco illo: atque ex mente illius, quin ex vero, per Spiritum Dei, qui ferebatur ſuper aquas, eſſe intelligendum Spiritum Creatum non Creatorem: neutiquam tamen exſculpi poſſet Creatura alia quàm ventus à Deo excitatus, quomodo ille alibi nominatur Spiritus Dei, Ex. 15. 10. Pſ. 147. 18. Eſai. 11. 15. qui à Deo Creatore Creatus eſſe docetur. Amoſ. 4. 13. Quæ Creatura toto cælo diſtat, à figmento Creati Spiritus, quem Deus crearit ad operandum omnia in omnibus.

COMMENTARIUS.

1. Vidimus ergo epanorthoſin illam in Danæi verba non fuiſſe κατ' ὀρθὴν διάθεσιν, ac minimè feliciter id effeciſſe quod propriâ perſuaſione præ ſe fert Theologus, nimirum ut ſat commodè Danæum conciliârit cum Danæo ac cum ſemetipſo. Sed conatum irritum Theologus agnoſcens, *Dato*, inquit, *non conceſſo*, (invitus veritatem largitur,) *non poſſe nobis conciliari Danæum ſuper loco illo: atque ex mente illius, quin ex vero, per Spiritum Dei, qui ferebatur ſuper aquas, eſſe intelligendum Spiritum Creatum*

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

*non Creatorem : neutiquam tamen exſculpi poſſet Creatura alia , quàm ventus à Deo excitatus , quomodo ille alibi nominatur Spiritus Dei; Ex.*15.10. *Pſ.* 147. 18. *Eſai.* 11.15. *qui à Deo creatus eſſe docetur. Amoſ.*4. 13. Equidem abſurdè dictum 2.
exſculpi poſſe hanc vel illam creaturam ex alio quocunque: Creatura enim, quà Creatura , non eſt aliquod ſculptile: niſi iis fortè, qui Creaturam æquè atque aliud quidvis ex præexiſtente aliqua materia derivant. At verò ſculptilem ſibi aliquam Creaturam minimè fingunt , qui Mundi Animam per Spiritum Dei Gen.1. intelligi exiſtimant: dum verò interim Creaturam agnoſcunt, minimè ἀποθεώσει dignam habent ; ſed immediatum Dei opus ſtatuunt æquè ac materia prima ex nihilo productum , omnino ſubditum divinæ Providentiæ. Interim, quòd noluerim ipſe un- 3.
quam illum S.Scripturæ locum pro Spiritu Mundi demonſtrando pertinaciter urgere , id non aliâ ratione feci , quàm quòd exiſtimarem, non debere ullo modo illud dari Adverſariis hæreticis, in illo Scripturæ loco ipſam Perſonam Spiritus Sancti non indigitari directè: Quod cùm tutò *dari* poſſe , vel *ex vero* fortè, credat noſter Theologus, non debet deinceps ex illo loco aliter expoſito heterodoxiam in Theologia arguere : imprimis contra eos, qui Mundi Spiritum hoc loco intelligentes, ipſam Perſonam Spiritus S. omnino non excludunt ; ſed manifeſtè illo ſymbolo denotatam volunt: velut Spiritu oris vel afflatu Spiritum Sanctum diſcipulis ſuis committebat Chriſtus Joh. 20.v. 22. Certè, 4.
dum hîc fortè ſolum *ventum creatum* indigitari poſſe cenſet Theologus, omnino ipſe heterodoxiæ vel hæreſeos occaſionem præbet magis manifeſtam , quam vel à Danæo vel ab aliis eſt factum, qui ipſius Spiritus S. effectum ac ſymbolum ac donum aliquod vaſtæ ſtupidæque moli conceſſum atque inditum hoc loco expoſuerunt. Unde certè in Danæo non inveniunt Hæretici, quod promptè ex eodem arripere ſtudebant, (ut, niſi me memoria fallit, declarat Clariſſ. ac Rev. D. D. Rivetus Exerc. 2. in Gen.) quod certè ultro ab hoc noſtro Theologo jam datur. Sed 5.
quidvis potiùs concedendum credit , ac præſtare putat cælum cum terra confundi, ac Solem cum Luna per miſceri, quin ipſum Deum pro Mundana Anima haberi, (an etiam fortè ipſam Spiritus S. Perſonam negari?) quàm monſtrum adeò tetrum &

ἀλλόκοτον

ἀλλόκοτον, nimirum Mundi Animam, quæ Creatura ſit, concedere. Non ergò ex hoc loco inſectatus fuit aliquando alios Theologus, ideo quòd ipſe locus Orthodoxis videretur eripi; ſed tantùm quòd exinde creata quædam Mundi Anima aſtrueretur. Sed, ſi prædicto loco per Spiritum Dei *ventum à Deo excitatum*, (qui & alibi in Scriptura *Spiritus Dei* appellatur, ut variis Scripturæ locis ſatis validè evincit Theologus,) intelligere non ſit abſurdum, (velut etiam Theodoretus quæſt. 8. in Gen. *ventum* intelligit, adducto teſtimonio ex Pſalm 147. ac ſententiæ hujus *Autores & Approbatores orthodoxos* refert D. Rivetus cit. loc.) id, inquam, ſi abſurdum non ſit, & ſi id *dare* tutò liceat, quid quæſo eſt periculi, quò minùs liceat hîc Mundi quendam Spiri-
6. tum indigitare vel concipere. Aliis ſanè argumentis priùs erit opus, quibus tantam in Mundana Anima abſurditatem monſtret, quantam ille ſibi fingit, antequam hîc *ventum* potiùs, quàm *Mundi* quendam *Spiritum* intelligendum aliis perſuadeat. Certè, per ſe longè probabilius eſt id quod rejicit Theologus: Etenim, ſi ventus eſt vel aër motus, vel exhalationes ſurſum evectæ, impetu quodam repetentes terram, vel aliud quid ſimile, utique nequaquam ventus in exordio illo rerum potuit exiſtere, quippe cùm nondum eſſet aër ſeu expanſum conſtitutum, nec evectæ erant ſurſum exhalationes aut vapores; (deerat enim adhuc præter aërem ſuſceptivum, ipſa cauſa naturalis quoque quæ materiæ hanc reſolutionem faceret, nimirum aſtra & ignis ſeu calor.)
7. Probabilius ergo quis exiſtimârit (ſi quidem non omnino neceſſariò Perſona ipſa Spiritus S. ſit intelligenda,) productum eſſe à Deo ac Spiritu S. effectum aliquem, creaturam nimirum ſpiritualem, divini Spiraminis ſymbolum: quæ nempe Creatura, (cùm Deus Creator, ſupernaturaliter exiſtentiam & eſſentiam contribuens & agens, vellet Creaturæ univerſæ facultates naturales atque robur vegetum communicare atque indere, quibus ipſa quoque in ſeſe cum exiſtentia ſua naturalem atque pulchram eſſentiam obtineret, & *eſſet*, *ſeſeque ſuſtineret*, *& tanquam portaret*, ut Danæus loquitur,) quæ tunc ipſa, inquam, naturaliter materiam utcunque diſponeret, ad formas particulares, ſupernaturali porrò actione à Deo imprimendas & excitandas in mate-
8. ria, naturaliter excipiendas. Velut Deus Opt. Max. (ut ſimili

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

non per omnia ſimili utar,) volens per viſionem Prophetæ Exchieli cap. 37. repræſentare myſterium reſurrectionis ac reviviſcentiæ carnis, oſſibus aridis non illico Spiritum rationalem ſeu humanam animam induxit; ſed diſpoſuit priùs ipſam materiam, addidit oſſibus nervos, obduxit iis carnem, & ſuperindidit iis cutem; cùm æquè facilè fuiſſet Deo reſuſcitatori ſolo verbo ſuo omnia ſimul & ſemel peragere: ut adeò hæc mora & ſucceſſio (velut &, cum ipſa ad dies aliquot producta dicitur Creatio,) motũ, adeóque naturalem quandam operationem, ſupernaturali operationi divinæ ſubordinatam indicet ſat manifeſtè: quamvis ea in Creatione multò minùs fuerit exquiſita: ut adeò verè dici queant opera naturalia quinque poſteriorum dierum ex materia *inhabili* ac *indiſpoſita* creata. Cùm autem ille ipſe Mundi Spiritus 9.
creatus, (ſi quidem ſtatuendus,) in prima Creatione nec fieret niſi per Creatricem Dei dextram, nec ſine ea conſervatrice eſſet, & impultrice atque excitatrice operaretur: quin imò, cùm longè alia eſſet in Creatione ſecundaria ſpectanda operatio, quà naturalis & illius Spiritus, alia verò omnino quà ſupernaturalis, & ipſius ſolius Dei, ſeu quà propriè creatio; dum Dei operatio interim & in ipſa illa naturali quoque operatione, velut item longè ſupra illam, & extra illam erat ſpectanda: utique (*creatura illa toto cælo diſtat à* Theologi noſtri *figmento creati Spiritus, quem Deus creârit ad operandum omnia in omnibus.*

MEDITATIO XV.

Nec juvat commentum illud: quòd aliquibus in locis, (qui ſanè pauciſſimi ſunt,) nomen Spiritus Dei venit pro Anima creaturarum: *Iob.* 27. 3. & *Ezech.* 37. 5. 14. *Eſto etiam Iob.* 34. 13. 14. *Pſal.* 104. 29. 30. *Minimè enim intelligitur una Mundi univerſi anima, ſed tantùm hominum & plantarum atque animalium animæ plures ſingulæ.*

COMMENTARIUS.

Nec juvat commentum illud, inquit porrò Theologus, *quòd* 1.
aliquibus in locis, (qui ſanè pauciſſimi ſunt,) nomen Spiritus Dei venit pro Anima Creaturarum. Job. 27. 3. & *Ezech.* 37. 5. 14. *Eſto etiam Job.* 34. 13. 14. & *Pſal.* 104. 29. 30. *Minimè enim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

intelligitur , &c. Equidem qui præciſè hiſce locis urgent Mundi quandam Animam intelligendam eſſe, viderint illi quâ ratione ſententiam ſuam tueantur. Nobis quidẽ,cùm *Spiritum Dei* Gen. 1.2. ex Danæo aliquando acciperemus non pro ipſa Perſona Spiritus S. ſed pro illius effecto & ſymbolo, quem Spiritum *Mundi Animam* appellabamus, viſum fuit ſaltem non eſſe abſurdum aut heterodoxum voce *Spiritus Dei* non ubivis intelligere Perſonam Spiritus S.ſed & quandoque aliud quid à Spiritus S^ti^. perſo-
2. na diſtinctum. Atque ita diximus Theatr. Nat. Univ. part. 1. diſp. 3. q. 1. § 28. *Neque verò præter S. Scripturæ phraſin eſt, multis in locis per Spiritum Dei animam* Creaturarum, *aut* Forte *univerſalem hanc Dei vim omnia ſuſtentantem*, (hoc eſt, quâ magna illa moles naturaliter ſeſe ſuſtineret & tanquam portaret, ut loquitur Danæus,) *intelligere*. Dixi ergo expreſſè quidem (*creaturarum*, hoc eſt, *hominum*, *plantarum*, *atque animalium animas*, ut loquitur Theologus, (ſc. in. individuis ſingulis unam, vel in pluribus plures,) quibuſdam in locis ſignificari.
3. Dixi autem ego *multis in locis*: quam dictionem Theologus reſtringit ad *pauciſſimos* , atque ita quidem nobis non invitis: neque enim ipſi aliquot centena loca voluimus indigitare; ſed ſaltem non unum aut duo tantùm : atque ita nec alia loca citavimus quàm quæ & ipſa concedit Theologus. Hæc autem illa loca ſunt, circa quæ Quæſtio inſtituebatur, & Articulus in nos condebatur, (qui in Apologia noſtra V^us^.eſt,) *An abſque periculo prætenſa illa Mundi Anima inculcetur credenda autoritate Scripturæ Sacræ, loquentis de Spiritu Dei Gen.* 1. 2. *&* *Pſalm.* 104.30. *& alibi*, *& habenda etiam pro Fabro, quo miniſtro Deus formârit ac creârit*
4. *Mundum viſibilem?* Sed ad Quæſtionem quidem illam in Apologia pro rei neceſſitate reſpondimus, & ad iteratam Viri inſaniam de illo creante miniſtro iterum à nobis dictum eſt ad Med. 12.13. Sect. I. Interea apparet iniquè detortam eſſe noſtram mentem à Theologo, etiam eo ipſo, quòd citatis Scripturæ locis omnibus à nobis Mundi Animam inculcari fingat, quum non niſi uno illo loco Gen. 1. illam expreſsè indigitaverimus: quam quidem injuriam in Apologia noſtra non notavimus, ideo quòd excerpta Viri nobis cernere non liceret, (quod necdum licuit ha-
5. ctenus,) ac adeò quò reſpiceret propemodùm neceſſe eſſet dubi-

tare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tare. Conſtabit autem nunc tandem ex noſtris verbis paulò antè è Theatr. Nat. citatis, nos non aliter de locis Scripturæ in Medit. citatis ſenſiſſe, quàm ſentiri poſſe ipſemet Theologus concedit: An autem fortè uno atque altero eorundem locorum indicetur ipſa *Mundi Anima*, aſſeveranter definire noluiſſe: Unde, cùm illa ſententia rata habeatur aliis, FORTE addidi: quippe ut ſat ſolidum argumentum, quo alios refellerem, non inveniebam; ita ſaltem nec incertâ nimiùm opinione admodùm gaudebam. Nempe, illud minimè intendebam, ut *Mundanæ* 6.
Animæ paſſim ex divina Pagina firmarem ſuum robur; ſed cùm probabile ex uno ſaltem loco Gen. 1. videretur, vel ipſo atteſtante præſtantiſſimo Danæo, per *Spiritum Dei* intelligi vim quandam univerſalem, univerſæ Creaturæ inditam, ſatis illud eſſe duxi, ſi ex aliis Scripturæ locis evidenti certitudine conſtaret, non ſemper aut ubique in Scriptura, voce, *Spiritus Dei*, ipſam Spiritus Sancti 7.
Perſonam denotari. Et ſanè, ſi tunc temporis ab omnibus Orthodoxis habuiſſem *datum*, quod nunc *datum* habeo à noſtro Theologo Medit. præced. poſſe forſan, non ex mente tantùm unius aut alterius Theologi orthodoxi, ſed *ex vero*, per *Spiritum Dei, qui ferebatur ſuper aquas, intelligi Spiritum creatum non Creatorem*, (ſive is fuerit ventus creatus ſive quicquam aliud,) utique haud fuiſſet nobis opus aliquâ citatione aliorum ſacræ Paginæ locorum, quibus ſcrupulum evitaremus, ne cum Creatura quadam Spiritum Sanctum ipſum permutare videremur. Quâ ergo parte nobis denuò intentat vulnera Theologus, omnino ſcopum ſuum non attingit. At interim, quâ parte hîc Comenium perſtringit, 8.
(qui ipſam Mundi Animam citatis quoque locis intelligere videtur,) haudquaquam ſatis dexterè cum illo agit: Quippe Noſter citans quidem locum Ezech. 37. v. 5. 14. aſtutè admodum omittit verſ. 9. quem ipſum etiam citaverat Comenius, nempe, ubi Deus *Spiritum illum*, quem verſ. 14. *ſuum* vocat, *à quatuor ventis* advenire jubet. Hic certè Spiritus, qui *à quatuor ventis advenire* jubetur, & *perflare interfectos ut vivant*, non poteſt dici *hominum* vel *plantarum* aut *animalium animæ plures ſingulæ*, ut illum Dei Spiritum intelligendum tradit Theologus: Ut certè, quamvis minimè conſentiam Comenio hoc loco, (quippe qui fortaſſe probabilitatem hinc adjicere conabitur opinioni, quâ derivat ortum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

rationalis animæ à ſubſtantia Mundanæ Animæ, quam equidem
opinionem ejus refutavimus Diſſert. de Anim. Hum. Orig. 1. à §
36. uſque ad § 49.) non poſſim tamen ullâ ratione hîc ſentire cum
9. Theologo. Nec interim ulla nobis ex hoc loco difficultas eſt de
ortu Animæ Humanæ: utpote qui hoc urgemus unicè, non pro-
tinus intelligendam eſſe ipſammet Perſonam Spiritus S. quando
Deus *ſuum Spiritum* vel *Dei Spiritum* in Scriptura nominat.
Hinc nobis ſatis eſt, per *Dei Spiritum*, perflantem interfectos, è
quatuor Mundi plagis accerſitum, indigitari ventum, (velut item
verſ. 7. fuiſſe *ſonus* dicitur,) efficacis præſentiæ Dei, rationalem a-
nimam creantis atque infundentis, ſymbolum. Ita quoque ſoni-
tus è cælo extitit, tanquam ruentis flatus violenti, qui replebat
totam domum, ubi erant conſidentes diſcipuli Chriſti, Act. 2.
ſignum nimirum ac ſymbolum efficacis præſentiæ Spiritus San-
10. cti. Nec caret myſterio, quod *à quatuor Mundi plagis* dicatur
perflâſſe prædictus ille Spiritus, ſcilicet, ut indigitetur anima in-
troducta ab eo, qui ubique eſt, nimirum ab immenſo Deo, cui
non una potiùs Mundi plaga paret & ſubjecta eſt, quàm alia; ſed
ex æquo totum Univerſum. Simili modo ſupernaturalis Dei vel
Spiritus S. operatio per flatum venti à variis Mundi plagis accer-
ſiti ſymbolicè deſcribitur Cant. 4. 16. *Evigila Auſter, & veni A-*
11. *quilo, perfla hortum meum, perfluant aromata ejus.* Sed ad rem no-
ſtram revertamur: in qua, ut indicavimus, ineptum Sophiſma ab
ignoratione Elenchi committitur à Theologo, dum Concluſio
ejus, quâ infert *aliquibus in locis Scripturæ* (ſaltem *pauciſſimis,*)
Spiritum Dei pro anima Creaturarum, hominum, plantarum, at-
que animalium, diſtributivè ſumi, noſtræ theſi olim poſitæ, (quâ
ſtatuimus vocem, *Spiritus Dei,* in ſacris non ſemper præciſè deſi-
gnare perſonam Spiritus S.) non modò non adverſa eſt, ſed magis
12. firmat: Ac adeò nonnihil ſaltem probabilitatis additur mundanæ
Animæ, (vel per ea quæ jam antè *data* ſunt à noſtro Theologo,)
ex cap. 1. Gen. v. 2. ſi quidem, niſi illic ſit præciſè ipſamet Perſona
Spiritus S. denotata, nullâ ratione ſingulares animæ Creatura-
rum, tunc nondum conditarum, (ut neque ventus ipſe,) ibidem
voce *Spiritus Dei* poſſunt concipi: Qui ſanè Elenchus porrò ma-
gis ex paralogiſmo Theologi mox Meditatione conſequente in-
noteſcit.

MEDI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

MEDITATIO XVI.

Enimverò quamvis etiam manifeſtè expreſſa eſſet Animæ Mundi *in Scripturis nomenclatura, adjecta ad appellationem* Spiritus Dei. *Non foret tamen quicquam quod cogeret accipere nomen Mundi pro Mundo univerſo, nec pro cunctis rebus naturalibus: ſed tantùm accipiendum eſſet per Syneodochen pro ſolis hominibus, vel pro cunctis animalibus, terræ & maris atque aëris incolis: juxta id, quod à nobis dictum* Theſ. 5.

COMMENTARIUS.

Enimverò, inquit porrò Theologus, *quamvis etiam manifeſtè expreſſa eſſet Animæ Mundi in Scripturis nomenclatura, adjecta* 1. *ad appellationem Spiritus Dei: non foret tamen* &c. Certè inſigne ſophiſma committit hîc Theologus à petitione ejus quod eſt in principio. Nimirum, ſtatuebat alius quidam aliquibus Scripturæ in locis, ſaltem pauciſſimis, voce, *Spiritus Dei*, intelligi communem Univerſi Animam: negat illud Theologus, ac contendit intelligendam eſſe iis in locis animam Creaturarum ſingularium. Pro ratione autem negationis redditur idipſum quod in quæſtione eſt: in hunc modum: *Enimverò, ſi vel ipſa vox Animæ Mundi expreſſa eſſet in Scripturis, accipienda tamen eſſet tantùm per Synecdochen vel pro ſolis hominibus vel pro animalibus terræ & maris*, &c. Egregia ſanè ratiocinatiò, ſi Deo placet: Mundus univerſali anima caret, quia non niſi particulares in Mundo ſunt 2. Animæ. At quare non niſi particulares ſunt ſtatuendæ? Quia non niſi particulares ſunt hominũ ac reliquorum animantium, quamvis vel ipſa vox Animæ Mundi in Scripturis eſſet expreſſa. Sed unde mihi certò conſtabit, præter haſce non eſſe unam aliquam communẽ? Reſp. *juxta id quod à nobis dictum Theſ.* 5. Nimirum, voce *Mundi* per Synecdochen quandoque intelliguntur vel ſoli homines, vel animalia terræ: Ergo *Mundi anima* nihil denotat præter particulares hominum ac animalium terræ animas. Eâdem ratione concludi poſſet, *Nullum eſſe Mundum præter homines, & animalia terræ, maris*, &c. Sed ut futilitatem ſuæ ra- 3. tiocinationis planiùs agnoſcat Theologus: Quòd ſi Gen. 1. v. 2. *ad appellationem Spiritus Dei adjecta eſſet nomenclatura Animæ Mundi*, quam, quæſo, Synecdochen hîc ſibi quiſquã fingeret, ut non ipſa univerſalis Mundi Anima intelligenda foret; ſed potiùs homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

hominum, plantarum, atque animalium particulares tantùm, h.e. entium ne quidẽ ſubjectivâ poteſtate proximâ tunc exiſtentium? An non hîc potiùs *vegetum* aliquod *robur illi tam magnæ moli inditum* agnoſceret ipſe Theologus, *non ſolùm per quod illa eſſet, ſeſeque ſuſtineret, & tanquam portaret; ſed etiam vim quandam inſertam, injectam, atque excitatam in ea, per quam poſtea ad parturiendum & velut concipiendum incaleſceret*, ut loquitur Danæ-
4. us? An non crederet ac perſuaſum haberet ipſe, ad hunc Spiritum attinere, *quòd terræ* univerſæ & aquas *Deus indiderit vim plaſticam ad excipienda benignè & fovenda herbarum ſemina in ſuo quaſi utero*, ut ipſe noſter Theologus fatetur diſp. 4. Loc. de Creat. th. 13. An non ad hunc Spiritum attinere exiſtimaret, quòd in toto Univerſo omnia ac ſingula, naturaliter etiam, ſuis ſedibus ſerventur, naturaliter inter ſe ordinem & harmoniam ſervent? Certè non aliter ad totum Univerſum ſe habuiſſe credendus foret ille ſpiritus, atque jam animæ in ſeminibus plantarum & animalium, quæ potentiâ ineſſe, (hoc eſt nondum actu rationem animæ obtinere,) dicuntur, niſi quod ipſa materia nondum eam habuerit diſpoſitionem, quâ ſimiliter ſine extraordinariâ Dei operatione potuiſſet ab anima intus deliteſcente diſponi ac conformari, ſecus atque jam in conſtituto rerum ordine evenire novimus, ubi ordinarium ſolummodò in natura ac cum natura Dei
5. concurſum ac cooperationem ſpectamus. Et ſanè, eodem modo dicendus foret *agitationem* ac *motitationem* inſtituiſſe ille Spiritus, *in ſuperficie aquarum*, quo modo materia quæ fermentatur ac digeritur, ab intus deliteſcente ſpiritu quodam agitari ac motitari in ſuperficie deprehenditur: cùm interim non in ſuperficie modò, ſed per Univerſam molem illa agitatio animo concipienda ſit. Nam certè, (cum Danæo dicam ex Phyſ. Chriſt. cit. jam antè loc. p. 121.) *cur in ſuperficie & ſummo aquarum, id eſt, totius molis, non autẽ in imo vel meditullio illa vis* (moli indita,) *& ſpiritus Dei* (nimirum ipſa quoq; Spiritus S. perſona operans, ac per ſymbolũ manifeſtum ſeſe repræſentans,) *appareret, ratio eſt, non quòd ille non penetraret ad imum uſque, & ſummam tantùm molis ſuperficiem ſuſtentaret; ſed quòd, cùm ſic iſta omnia & fieri, & extare, voluerit Deus, ut in his manifeſta, perſpicua, & facilis cognitu, non autem latens & occulta ejus potentia eſſet, in ſuperficie totius molis,*

& in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

& in aperto, non autem in imo fundo , vel in medio ejus , id eſt, in abſcondito, SYMBOLA *illius oportebat apparere & ſeſe proferre. Oportuit* enim *eundem Spiritum* Sanctum *totam molem, non tantùm unam ejus partem amplecti & fovere; quod illa Spiritus* (alterius ſcilicet creati, qui ſymbolum fuit Creatoris,) *circum univerſam molem geſtatio & motitatio factum fuiſſe demonſtrat.*

MEDITATIO XVII.

Concludimus ergo de omni Creationis opere univerſim : Quamvis non ſimpliciter omnia produxerit Deus extra materiam præexiſtentem; minimè tamen conſentaneum eſſe Scripturæ, quòd per commentitiam illam Mundi Animam, tanquam principium rerum naturalium unum ex tribus, nimirum Formam, primo die creatam inſtar Fabri, *formata ſint quinque dierum poſt primum opera: Quorum proinde Creatio ut Mediata contradiſtinguenda ſit Creationi operum primi diei ut Immediatæ.*

COMMENTARIUS.

Concludimus ergo de omni Creationis opere univerſim. Ex Pro- 1.
poſitionibus incertis & ambiguis admodùm, quin etiam ex parte planè ac evidenter falſis, ut oſtenſum, Concluſionem infert tandem Theologus noſter omnino veriſsimam ac certiſsimam , ac non niſi ab Atheo vel certè Ariano-Sociniano negandam. Iſte autem ratiocinandi modus in noſtri Theologi Logica non eſt inſolens. Syllogiſmus in QUINTA FIGURA eſt, in modo DYSNOETATO, ac ita paucis contrahi poteſt. Propoſ. *Natura Uni-* 2.
verſi, vel Mundi Anima, quæ Creatura ſit, Scripturæ ſacræ adverſatur, & à vera ratione aliena eſt: utpote quæ eſt figmentum Philoſophorum ad operandum omnia in omnibus. Aſſumpt. *Atqui Deus ipſe ac Dei Spiritus eſt Mundi Anima diffuſa per ejus artus , ac magno corpori miſta.* Concluſ. *Ergo , Quamvis non ſimpliciter omnia produxerit Deus extra materiam præexiſtentem: minimè tamen conſentaneum eſt Scripturæ , quòd per commentitiam illam Mundi Animam, tanquam principium rerum naturalium unum ex tribus, nimirum Formam, primo die creatam* INSTAR FABRI, *formata ſint quinque dierum poſt primum opera.* Novo huic 3.
argumentandi modo nova ſolutionis ratio adhibenda eſt ; novo nodo novus cuneus. Cùm *Propoſitiones* quidem jam antea exa-

minatæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

minatæ ſint, negamus hîc tandem *Concluſionis Hypotheſin*, quæ eſt de illa Mundi creatrice Anima: quam etiam indigitavit Theologus Sect. 1. Medit. 13. at quem *inſtar Fabri* è ſuo cerebro fabrefactus eſt; aut inſtar *Poëtæ* confinxit. Concluſionem autem ipſam quod attinet, quamvis ea tota quidem ſimul ſpectata omnino ſit veriſſima, partes tamen ejus ſingulæ merentur quandam Expli-
4. cationem, & peculiares Animadverſiones. *Non ſimpliciter omnia Deum produxiſſe extra materiam præexiſtentem*, inquit Theologus. Equidem ſi *ſimpliciter omnia* collectivè intelligat, omnino falſum eſt quod dicit: namque ita *ſimpliciter omnia* ex nihilo ſimpliciter producta ſunt, *extra* omnem *materiam* præexiſtentem, non *in* vel *ex* æterna aliqua materia, ut neque per efficientiam *ex Deo*, ſeu ex divina ſubſtantia. At ſi *ſimpliciter omnia* ſumat diſtributivè, non æqualiter omnes rerum ſpecies, vel individua primùm à Deo condita, ex nihilo ſimpliciter producta ſunt; ſed nonnulla ex materia quadam jam antè à Deo ex nihilo conſtituta.
5. Quod eâ conditione largimur Theologo, ut interim minimè exiſtimet, eam præexiſtentiam ſubjecti quippiam veræ propriæque naturæ creationis, quâ Creatio eſt, derogâſſe, ſeu, magis virtuti divinæ creatrici pro creationis actu quicquã ſubminiſtratum eſſe eo quòd ex præexiſtente materia crearet, quàm quòd crearet ex
6. nihilo ſimpliciter. Omnis enim creationis, quâ creatio eſt, eſſentia in eo conſtituta eſt propriè, quòd ſolitaria Dei virtute, omnem omnis creaturæ facultatẽ ſuperante, fiat, ita quidem, ut non ſola vis naturæ ſit impulſa vehementiùs extraordinario concurſu Dei per naturam ipſam operantis; ſecus enim effectus ipſi naturæ proximè & univocè attribuendus foret: Nec enim quælibet miraculoſa Dei operatio pro creatione propriè dicta eſt habenda, veluti, quòd peculiari ratione ex virgine genitus eſt Chriſtus, quæ ſanè fuit operatio naturæ, at extraordinario modo per Spiritum Sanctum, (cujus beneficio ipſe conceptus tribuitur,) diſpoſitæ & excitatæ; ita neque creatio foret, ſi Deus Opt. Max. plantas & animalia è ſuis ſeminibus convenienti loco reconditis, vel ea etiam, quæ ſine ſemine generantur, ex materia convenienti ſubitò ac vel tantillo temporis ſpatio juberet prodire: confer. Theatr. Nat.
7. Univ. part. 2. diſp. 2. § 38. 39. Creatio ergo ita ſupernaturalem quandam Dei operationem ſuâ notione involvit, ut eadem ſit *immediata*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

mediata ſolius Dei, ac *præter cauſas ſubordinatas*: (confer. Theatr. Nat. Univ. p. 2. diſp. 1. q. 1. § 10.) ſeu, ita ut, licet quandoque circa id quod creari dicitur operatio quædam naturæ ſpectari queat, (ut in ſecundaria creatione,) operatio tamen alia interim ſit circa idem, ſolius Dei, ab operatione naturæ penitus diſtincta; ſecus atque in operibus naturæ, ubi Dei ac naturæ operatio eſt una atq; eadem, tota dependens à Deo peculiari ac ſupernaturali operandi modo, tota item à natura. Ea autē Creatio, quæ ex præſubjecta fit 8.
materia, imprimis eo ipſo eſt Creatio dicenda, quòd ipſamet materia, (aut ſi quid aliud, nimirum formæ ſubſtantia, inſuper præexiſtit,) ex nihilo producta ſit ab eodem, qui porrò operatione vires naturæ excedente, non ex ſemine loco convenienti recondito, aut ſubjecto convenienter diſpoſito, ſed ex inhabili penitus materia, creaturam conſtituit, adeóque ſecundariam creationem exercere dicitur. Sed nobis ſatis eſt, (ne fortè altiùs, quàm par eſt, 9.
infinitam Dei potentiam rimari videamur,) ad unum unicunque Deum omnem creationis actum eſſe referendum: Quam quidem Sapientiam non modò ſacroſancta ac θεόπνευστος Scriptura, ſed & ipſummet Naturæ lumen ſubminiſtrat. Quo ſolo Philoſophus Chriſtianus, qui vel non intima Scripturæ perluſtrâſſet, certò certiùs perſuaſum ſibi poſſet reddere, *minimè conſentaneum eſſe Scripturæ*, (quam noſtræ ratiocinationi normam ipſi præſtituimus,) *quòd per Mundi Animam ullum opus ullius diei ſit creatum*; multò minùs, quòd per quandam Mundi Animam, INSTAR FABRI conſtitutam, *Deus creârit Mundum viſibilem* univerſum; de qua re videre eſt Apol. noſtr. ad. Art. V. Hoc certè non deberet 10.
ita multoties contra nos ingerere Theologus, (quippe nos ſolos iterum hac parte, ut & olim ſuis Caſuum Poſitionibus cit. ex Apol. Art. V. perſtringere conatur, at interim inani quodam Fabri flabello, non reali quodam Fabro inſtat,) cùm meliorem noſtram mentem ipſe non ignoret, nec unquam quippiam, quod congruat illius verbis vel ſenſui à nobis ſit prolatum: Unde & judicio ſuo teſtata eſt eminentiſſima Facultas Theologica Leidenſis, *non poſſe illud elici ex noſtris ſcriptis*. Interea verò nulla hactenus comparet 11.
ratio, allata à Theologo, cur *Mundi Animam*, quæ naturalis quædam operationum ad naturam attinentium ſit cauſa, ipſe *Commentitiam* appellet: Nam poſito quòd fortè nulla ſit in Univerſo,

ac ſit reverà ipſa *commentitia*; ſi quidem certo id perſuaſum velit aliis, dum deſtituitur Scripturæ locis evidentibus, omnino rationibus ſolidioribus figmentum illud debet oppugnare. Sed planè commentitia Theologi eſt conſequentia, (dependens à commento ejus præſuppoſito, mundanæ creatricis Animæ,) qua ex noſtra Mundi Anima illationem facit, *proinde quinque dierum poſt primum, operum Creationem ut Mediatam contradiſtinguendam eſſe*
12. *Creationi operum primi diei ut Immediatæ*. Certè vereor ut ullum alibi diſtinctionis talis, qualem fingit, aliquem Autorem extra ſuum cerebrum inveniat Theologus: quam certè niſi noſtræ Mundi Animæ, veluti pollenti creatrice facultate *Fabro*, per ſuam conſequentiam affingat, inanis ac inepta hîc σκιαμαχία eſt, Theologo indigna, quæ tandem ſchenam ultimam abſolvet; ac cui
13. ipſum PLAUDITE ſubjiciatur. Ne quid autem virium deſit ulli cavillationi, gaudet Theologus uti vocibus *Mediatæ* & *Immediatæ* Creationis (non niſi ſano ſenſu æquipollentibus noſtris *primariæ* ac *ſecundariæ*,) ut ita eò magis Mundi Anima videatur à nobis conficta eſſe veluti miniſtra quædam cauſa, quæ ipſa, *media* inter Deum & effectum, opera, quinque poſt primum dierum, *creârit*: quæ enim opera hîc *formâſſe* dicitur ipſa Mundi Anima, eadem alibi etiam *creâſſe* dicitur, (vid. Apol. Art. 5.) Ipſumque *creare* & *formare* indifferenter eandem ſignificationem habere apud Theologum noſtrum, patet ex eo, quod nulli penitus vocabulo tribuat vim ex propria ſignificatione denotandi productionem ex
14. nihilo, Sect. 1. Med. 14. Certè quamvis non ignorem, vel ipſis probatiſſimis Theologis receptam eſſe aliquam diſtinctionem *Mediatæ* & *Immediatæ* Creationis (quæ ſanè pro rigore noſtri Cenſoris omnino etiam creandi vim tranſcribere videtur Creaturis, ac immediatam Dei Providentiam negare,) ab iis tamen vocibus, utut ſano ſenſu ſat idoneis, nos planè abſtinuimus, ac omnem penitus Creationis actionem *immediatæ Dei virtuti* attribuimus: Vid. ipſa generalis definitio creationis tradita à nobis Theatr.
15. Nat. univ. part. 2. diſp. 1. q. 1. § 10. jam antè etiam citata. Ac adeò, ne alicui naſutiori forſan offendiculo eſſemus, *primariam* & *ſecundariam* Creationem diximus ibid. § 5. ipſamque *ſecundariam Creationem* definivimus *productionem formæ eſſentialis aut accidentalis in præſubjecta ſed omnino indiſpoſita materia*, *Deo*

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

per cauſas ſecundas quidem agente, at eaſdem immediatâ virtutis ſuæ operatione ita impellente, ut naturæ ſuæ ductum ſequentes, naturæ tamen vires tranſcendant: Atque ſic producta diximus OPERA QUINQUE DIERUM, *animâ rationali exceptâ.* ibid. Huc equidem reſpexit Theologus: at iniquè admodùm noſtra verba detorſit, totamque ſententiam mutilavit ac vitiavit. *Immediatam virtutis divinæ* operationem a- 16.
gnovi in ipſa quoque Creatione ſecundaria, (quam ſecundariam Creationem *Mediatam* præſtantiſſimi Theologi vocant,) ut ex meis verbis manifeſtum eſt: dumque ſecundis quoque cauſis, naturæ ſuæ ductum naturaliter ſequentibus, in ea locum dedi; ſupernaturales tamen in eandem collatas vires, univerſam naturam tranſcendentes, ac *immediatè* à ſolo Deo dependentes agnovi; ipſamque *immediatam virtutis divinæ operationem* ſat manifeſtè ab operatione cauſarum ſecundarum ſecrevi; ac inſuper hac operatione Deo propriâ, vires & operationem ſecundarum cauſarum ita impulſas innui, ut ultra naturam ſuam fuerint evectæ. Deus 17.
ergo ſolus unicus Naturæ Autor, ſolus Naturæ imperfectæ vires ultra ipſam imperfectitudinem erexit, ac perfectam abſolutamque Naturam Univerſi conſtituit & abſolvit: Solus ille Deus verè propriéque creavit. Et quamvis fortè Deus Opt. Max. præſupponatur in ſecundaria Creatione eodem momento formas creare, quo eaſdem materiæ unit, ac corpora naturalia conſtituit, per cauſas tamen ſecundas operatur nihilominùs, quatenus per formam, ac mediante formâ, corpus producit, immediatâ interim ac ſolitariâ ſuâ operatione ſupernaturali ipſam formam æquè impellens, atque eandem propriâ operatione ex nihilo producens: Nec verò unus idemque actus eſt (quamvis fortè uno eodemque momento etiam ſtatuatur peragi,) quo à Deo formæ ſubſtantia ex nihilo producitur primariâ Creatione, & quo per formam, ex ſubjecta materia at inhabili, Creatione ſecundariâ corpus conſtituitur. In eo autem ipſo quoq; ſolitaria Dei operatio 18.
ſpectari poteſt, ac virtutis Creatricis quædam ſecundaria actio, quòd, ſi vel uno eodemq; momento forma naturalis creetur ac ſimul materię uniatur, ea tamen ut unitur, planè ſupernaturali modo uniatur, non propriâ ac naturali vi formæ è materiæ potentia emergentis, nec per alterationem pręviam; ſed ſupernaturaliter vi

ſemetipſam cum materiæ uniendi tributâ formæ per ſolum Dei
19. Verbum *Fiat*, & *Eſto*. Plura de primariæ ac ſecundariæ Creationis diſtinctione, & hujus à generatione naturali diſcrimine, quæ & majorem fortè evidentiam ac lucem prædictis affundent, videre licet in Diſquiſ. noſtr. Epiſt. Reſp. 4. à § 19. uſque ad § 28. Ad quæ autem *tria rerum naturalium principia* digitum intendat Theologus, vid. Theatr. Nat. Univ. p. 1. diſp. 3. q. 1.

MEDITATIO XVIII.

Diſtinctionem Creationis in Mediatam & Immediatam facit, non Mediatio cauſæ efficientis, aut formæ formatricis, quæ in re eadem eſt cum cauſa efficiente: ſed tantùm Mediatio Materiæ, puta Terræ primo diè creatæ & reliquorum elementorum.

COMMENTARIUS.

1. Ex dictis equidem manifeſtum eſt, quid ſentiendum ſit de Theologi Effato, quo aït *diſtinctionem Creationis in Mediatam & Immediatam facere non Mediationem cauſæ efficientis, aut formæ formatricis, quæ in re eadem eſt cum cauſa efficiente*. Certè longè alia ratio eſt, in generatione naturali, formæ, quà cauſæ efficientis rationem habet; ac longè alia in Creatione ſecundaria: Illic enim, è potentia materiæ paulatim emergens ipſamet materiam diſponit, ac propriâ & naturali virtute materiam in proxima potentia exiſtentem ita perficit, ut ſemetipſam illi jungat naturaliter, & cum materia corpus naturale conſtituat: At in Creatione ſecundaria, quà Creatio eſt, formæ virtus, quæ licet in ſe otioſa non ſit, minimè tamen materiæ proportionata eſt; ac non niſi à ſupernaturali virtute divina, eaque immediata, evehitur, ſine motu, ſine alteratione, ſolo divini verbi edicto, ita ut materia convenienti ratione vel momento temporis per formam ſit diſ-
2. poſita naturaliter. Dico autem, *quà Creatio eſt:* nam quatenus in Creatione ſecundaria præter ipſam Creationis actionem aliqua etiam ſecundarum cauſarum operatio ſpectari poteſt, agentium quantum poſſunt, ita ſecundaria Creatio *quà eſt ſecundaria*, non eſt omnino momentanea. Illius autem formæ mediationem in ſecundaria Creatione negare, eſt ſibi corpus aliquod ex ſola materia conſtans, ac omni formâ carens, confingere, vel ipſam ſecundariam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

dariam Creationem penitus negare. Sed quid tandem, quæſo, ex 3.
Theologi noſtri opinione diſt nctionem facit Creationis in Mediatam & Immediatam? *tantùm mediatio materiæ*, inquit, *puta Terræ primo die Creatæ & reliquorum elementorum.* Quàm hîc ineptè metuit, ne virtuti divinæ Creatrici potiùs per formam quid decedat, quàm per materiam: æquè ſanè, ubi ſecundariâ Creatione opus eſt, inepta eſt forma, ut naturaliter materiam queat ſuâ virtute informare, & propriâ efficaciâ naturali materiam diſponendo ſeſe eidem unire; atque inepta eſt materia, ut vel à Deo productam formam propriâ ἐνεργείᾳ queat admittere. Quin imò, ea in crea- 4.
tione ſecundaria formæ ad materiam habitudo eſt, ut ne ullâ quidem vi ullius creaturæ cum eadem ſociari poſſet, ac multò quidem minùs quàm nunc in conſtituto rerum ordine, (dum vel paſſim formæ in materia deliteſcunt,) ullius creaturæ facultate ex lapide vel ligno equus vel canis poſſet excitari. Dei ergo hîc ſolius opus eſt, qui quidem ipſam materiam ſupernaturali actione informat, at non ſe ipſo, aut propriæ ſubſtantiæ ſuæ aliquâ particulâ, (quò ſpectat illud Poëtæ ac Theologi noſtri, *Hinc pecudes, armenta, viros,* &c.) ſed per formam, adeóque mediatione formæ: quæ cùm naturaliter determinata ſit ad materiam certo modo informandam, naturæ quidem ſuæ ductum imitata, ſupernaturali illâ virtute non vi ſed ſuaviter cum materia conſociatur. *Secundaria* ergo ſeu *Mediata Creatio ea eſt, cùm res ex* 5.
præexiſtente quidem materia fit; verum, (utcunque tandem fiat, ſive formarum ſubſtantiæ uno atque altero die antè ſint productæ à Deo, antequam materiæ ab eodem uniantur, ſive uno eodemque momento producantur, ſimulque uniantur,) *eo utique fit modo, quo à nulla re creata fieri poteſt; ſed à ſolo Deo, nempe ſine alteratione; eóque ex materia quidem, ſed non tanquam ex ſeminario, ex quo creatura ſimile quid producere poſſit. Talis fuit creatio elementorum, & eorum quæ ex elementis producta leguntur*: ut habet Zanchius de Oper. Creat. part. 1. lib. 1. cap. 2. Hoc tamen interim notandum eſt, ſuppoſitâ quidem 6.
tali ſecundariâ creatione, ut jam à nobis eſt expoſita, haudquaquam virtutes Lucis & Aſtrorum jam conditorum fuiſſe otioſas, ut nihil naturalis operationis pro ea facultate, quam à Deo nactæ erant, in terras & aquas contulerint, adeóque materiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

pro ſuo modulo naturaliter non diſpoſuerint quantùmcunque,
interea dum Deus non uno protinus momento, iis conditis,
condebat reliqua; ſed ad creationem rerum particularium ſubin-
7. de tempus aliquod interponebat. Quippe adverſum fuiſſet divi-
næ bonitati, ac naturæ ordini, quem Deus tunc inſtituebat, ſi
naturalia quidem corpora, virtute naturali pollentia, condidiſſet,
at interim virtutem eorundem mox in primo ortu ſuſpendiſſet
aut inhibuiſſet. Idem de aliis etiam cauſis ſecundis, à Deo ante
alia quædam conditis, exiſtimandum eſt. Quin etiam non omni-
um omnino ſpecierum individua mox primis ſex diebus extitiſſe,
vel ſaltem non eâdem cum reliquis ratione per creationem ſui ex-
titiſſe, ſtatuendum eſt; ſed earum ſpecierum tantùm, quibus non
niſi per ſemen poſſe propagari datum eſt: cùm reliqua ex princi-
piis à Deo conditis ſpontaneo ortu etiam quovis tempore emer-
gere valerent: de qua re egimus Theatr. Nat. Univ. part. 1 diſp.
8. 2. à § 30. uſque ad finem. Atque illud non immeritò notavit Zan-
chius, qui ideo cit. loc. præter elementa ad creationem ſecun-
dariam refert ea tantùm (nimirum quoad ipſa individua actu
exiſtentia,) *quæ ex elementis producta* LEGUNTUR. Naturæ er-
go particulares omnes, ac ipſa naturarum ſeries in Univerſo (de
quibus Medit. 3. & 4. hujus Sect. diximus,) intra primam ſepti-
manam creatrice Dei virtute ſunt productæ; ac individua earum
rerum actu conſtituta ſunt, quibus ſemetipſa propagandi ac mul-
tiplicandi mediante ſemine conceſſa eſt facultas: (hæc enim tan-
tùm creatione producta *leguntur*:) quæcunque verò eâ facultate
carent, & quæ etiamnum ſuâ ſponte ſine ſemine oriuntur, ea po-
tuerunt viribus naturæ, ab ipſo Creatore conſtitutæ, ex princi-
piis à Deo conditis, per naturalem generationem ſuâ ſponte pro-
9. venire. Cùm enim Deus & natura nihil agant fruſtra, creatione
utique non uſus fuit Deus, ubi naturalis generatio ſufficiebat.
Ex dictis autem manifeſtum eſt, diſtinctionem Creationis in
Mediatam & *Immediatam* ab eo ſolo eſſe deſumendam, quòd,
vel aliis rebus concurrentibus, ſive activè pro naturæ ſuæ facul-
tate, ſive paſſivè tantùm pro ſuæ habitudinis ἐνεργεία, creet Deus,
ac ſolus propriè creet; vel excluſo etiam omni alio, tum ſubje-
10. cto, tum efficiente cauſâ naturali, ſimili modo creet. Et ſanè na-
turaliter agentis cauſæ, atq; unà concurrentis miniſterium, crea-
tionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

tionem ipſam non evertere jam antè ex Danæo luculenter manifeſtum dedimus, ubi *Lucem commodiſſimum, convenientiſſimum, & neceſſarium reliquarum rerum gignendarum ac producendarum organum ac inſtrumentum* appellavit: ne jam denuo dicam, *robur vegetum*, Danæo teſte, materiæ primæ mox à Dei Spiritu eſſe inditum, ac inſertam atque excitatam in eadem *vim* quandam, quâ ad parturiendum ac concipiendum incaleſceret, de qua re pleniùs jam antè dictum eſt. Unica certè Danæi autoritas, ſi etiam omni fuiſſemus ratione deſtituti, pro retundendo noſtro Theologo, non niſi pro autoritate propriâ loquente, haud difficulter ſatis eſſe poteſt.

MEDITATIO XIX.

Neque cum Scriptura affirmante Deum eſſe יוצר הכל *Formatorem Univerſi. Ier.* 10. 16. *conciliari poteſt primo die creata ejusmodi Forma, reliquarum creaturarum formatrix, ſeu cauſa efficiens ſecunda, quâ mediante Deus poſt primum diem formârit hoc Univerſum. vid. Diſp.* 1. *theſ.* 12. *&* 13. *labyrinthum Arriano-Socinianum.*

COMMENTARIUS.

Dum addit Theologus, *Neque cum Scriptura affirmante Deum eſſe* יוֹצֵר הַכֹּל *Formatorem Univerſi, Ier.* 10. 16. *conciliari poteſt primo die creata ejuſmodi Forma, reliquarum rerum formatrix*, &c. ignorantiam prodit, quâ non ſatis diſcernit virtutis formatricis naturalis modulum, à creante omnia, ac formante omnia, ſolius Dei facultate: Quam confuſionem fieri ab eo mirum non eſt, qui Deum ipſum pro Natura, ipſamque Naturam pro Deo Creatore habet, nec alterum ab altero diſtinguit. Nos ſolum *Deum cauſam efficientem* Univerſi unicam agnoſcimus, quà creatricem, quæ *immediatè* omnia *creavit*, veluti *immediatè* etiam omnia *conſervat*; at *mediantibus ſecundis cauſis*, naturaliter agentibus, (quas certè noluit eſſe otioſas,) Naturæ *ordinem conſtituit*, ac *formavit* Univerſum naturaliter, Creator, (utpote qui ipſe forma vel anima Univerſi non eſt,) velut etiamnum in Naturæ ordine per ſecundas cauſas à ſe conſtitutas operatur. vid. Sect. 1. comment. ad medit. 12. & 13. labyrinthum Ariano-Socinianum in alienum orbem eliſum, ac in Utopiam remiſſum.

(margin numbers: 1. beside "Dum addit Theologus … De-"; 2. beside "pro Deo Creatore … Nos")

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

MEDITATIO XX.

Nos ut labyrinthum iſtum evitemus, (præter illa, quæ aſſeruimus ibidem de Creatione operum primi diei ſimpliciter immediata ratione eſſentiæ univerſæ) Aſſerimus illas poſt diem primum factas Creaturas, ſaltem ratione ſuæ formæ, ſolâ vi Omnipotentiæ Dei ex nihilo conditas & in momento productas eſſe: non ab inſita atque efficaci potentia materiæ, nec ſucceſſione illa materiam excoquente & maturante, quæ in propagatione creaturarum per generationem intercedit, & vocari ſolet naturæ artificium.

COMMENTARIUS.

1. *Nos* ſanè, ut *labyrinthum iſtum evitemus*, nullis utimur ambagibus: Sed *præter illa, quæ aſſeruimus de Creatione operum primi diei ſimpliciter immediata, ratione eſſentiæ Univerſæ, aſſerimus omnes* quoque *poſt diem primum factas Creaturas*, non ſaltem *ratione ſuæ formæ*, ſed omnino totas, *ſolâ vi omnipotentiæ Dei ex nihilo* ſimpliciter *conditas eſſe*; *&*, quamvis non ſecundùm omnes ſui partes ſimul *in uno momento* productas, omnem tamen crea-
2. tionem, quà creatio eſt, momentaneam ſtatuimus. Quamvis autem non putemus, eo demum momento, quo aquæ & terra juſſa ſunt producere plantas & animantia, formarum ſubſtantias à Deo eſſe conditas, ſed virtutes Lucis & Aſtrorum naturales jam tum per univerſam materiam fuiſſe diſperſas; *non* tamen interim exiſtimamus *ab inſita atque efficaci potentia materiæ*, (ſi ita loqui fas ſit Philoſopho,) *nec ſucceſſione ulla materiam excoquente & maturante* (quæ omnino eſt indiſciplinata locatio, *) quam in propagatione creaturarum per generationem intercedere* aït Theologus, *& vocari ſolere naturæ artificium*, plantas & animalia eſſe
3. progenita. Nec vanâ hîc opinione ducimur: cùm ne quidem nunc tandem, in conſtituto atque abſoluto ordine naturæ, ſine ſemine balæna vel aſellus, aut platanus vel tilia, aut canis vel equus, ex aquis vel terra ſuccreſcat: ut adeò haudquaquam per generationem illa & id genus alia individua animantium ac vegeta-
4. bilium prima, cenſenda ſint producta. Agnito autem hîc Dei ſolius & immediatè operantis effectu, quæſtio illa Antiquorum finem invenit, *Utrùm gallina an ovum priùs extiterit?* de qua vide, ſi lubet, Th. Nat. Univ. p. 2. diſp. 5. § 23. & ſeq.

MEDI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

MEDITATIO XXI.

Iam Mundus ille univerſus à Deo quà creatus, quà formatus, per immediatam efficientiam Omnipotentiæ divinæ, Hebræis dicitur עולם ſæculum, *ob durationem non æternam ſed longam: Illa vocis Hebraïcæ notio ignota in V. T. Scriptura, expreſſa eſt Græcè in N. T. per* αἰὼν *in ſingulari, & per* αἰῶνας *in plurali, ſæculum, ſæcula. Matth.* 13. 39. & 40. & 28. 20. *Heb.* 1. 2. & 11. 3. *Videtur autem connotari* concreata *cum Mundo Duratio & Tempus, ad emphaſin illam, in poteſtate Dei eſſe tempora & temporum viciſſitudines,* χρόνους ἢ καιροὺς. *Act.* 1. 7.

COMMENTARIUS.

Jam ergo, ut faciamus finem, *Mundus ille univerſus à Deo per* 1.
immediatam efficientiam creatus ex nihilo ſimpliciter, abſque o-
mni cauſa ſocia vel miniſtrante; ab eodem per eandem immedia-
tam efficientiam, (concurrente interim rerum naturalium, à Deo
conſtitutarum, naturali ἐνεργείᾳ, pro cujuſque naturæ modulo,)
formatus, hoc eſt, in concinnam naturarum ſubordinatarum ac
coordinatarum congeriem, ac machinam vitalem per ſe unam,
redactus, quin & plantarum ac animantium (ſaltem, eorum qui-
bus per ſemen ſeſe multiplicandi ac propagandi facultas data eſt,)
individuis exornatus: *ille* inquam *Mundus univerſus* Hebræis di-
citur עולם *ſæculum*, vel potiùs *Ævum*, *ob durationem non æter-
nam ſed longam*, ſeu potiùs, ob durationem illius uniformem, ſub
unico complexu, nulla motus aut temporis habito reſpectu, com-
prehenſam. Quippe *illa vocis Hebraïcæ notio* non admodùm *i-* 2.
gnota in V. T. Scriptura, expreſſa eſt Græcè in N. T. per αἰῶνα *in
ſingulari, & per* αἰῶνας *in plurali, ſæculum, ſæcula.* Matth. 13. 39. &
40. & 28. 20. Heb. 1. 2. & 11. 3. Eſt autem communis quędam notio
τοῦ αἰῶνος, quâ æternitas, ævum, & duratio cujuſque rei exprimitur,
quà ſc. eſt duratio abſtracta, vel cogitatione ſolâ, ab omni ſucceſ-
ſione, hoc eſt, quà totus durationis complexus nullo conſiderato
motu, ſimul ſpectatur. Hinc Ariſt. 1. de cælo. t. 100. *Finis* ſeu *ter-* 3.
minus (τέλος) inquit 1°. *complectens vitæ uniuscujuſque tempus,
cujus nihil eſt extra ſecundùm naturam, uniuſcujuſque* αἰὼν *ævum*
ſeu *conſtans duratio dicitur. Et*, denuò, *Univerſorũ infinitũ tempus*
(Mundum quoq; ipſum æternum ſtatuit Ariſt.) *& ipſam infinitu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

dinem complectens terminus, αἰὼν *ævum*, vel *conſtans duratio* eſt.
4. Priori ergo ſignificatione Mundo quoque αἰὼν tribuitur, (ſimili-
ter ut Hebræorum עלם) & quidem κατ' ἐξοχὴν præ reliquis re-
bus omnibus initium ac finem habentibus: utpote cùm ipſa Mun-
di duratio reliquarum rerum temporalium durationes omnes
comprehendat, unde & in plurali αἰῶνες Mundo tribuuntur. Ma-
5. ximè autem propriè tribuitur αἰὼν rebus per ſe omni motu ac
ſucceſſione carentibus; imprimis autem Deo (ex poſteriori ſigni-
ficatione) & Intelligentiis. Ut adeò ineptum valde ſit ac frivo-
lum, quòd *videatur connotari concreata Mundo Duratio & Tem-
pus*. Quaſi verò *duratio* demum cum Mundo concreata ſit; nec ipſi
Angeli ante Mundum conditi, quin nec ipſe Deus, qui eſt cùm
non eſſet ulla Creatura, durationem obtinuerit: Ut autem ratio
vocis αἰῶνος motum omnem excludit, ita ſanè omne *Tempus*,
quod verè cum Mundo demum concreatum eſt, excluditur, nec
6. ullâ ratione per eam notionem connotatur. Sed rectè quidem hîc
Theologus ſecundùm proprias hypotheſes, quas ante vidimus,
durationem cum Mundo concreatam, notione vocis αἰῶνος conno-
tari tradit. Quippe ante *primum æternitatis momentum* nulla da-
tur duratio; at *in principio*, hoc eſt, ſecundùm Theologum no-
ſtrum, *in primo æternitatis momento* Mundus eſt conditus: fuit
ergo Mundus ſimul cum Deo, adeóque nulla eſt duratio ſine
7. Mundo. Sic ergo ex propria hypotheſi Theologi, *videtur conno-
tari concreata cum Mundo Duratio & Tempus*: quando Mundus
dicitur αἰὼν, quòd nempe Mundus Deo ſit *coæviternus*. Hæc an ſit
*illa emphaſis, in poteſtate Dei eſſe tempora & temporum viciſſitudi-
nes*, χρόνους ἢ καιροὺς *Act.* 1. 7. expendant Orthodoxi alii; & quibus
illa cura ſpeciatim eſt commiſſa, ii offendicula emendent. Nos
obiter nonnulla digito notavimus; quæ tamen in periculoſos lo-
quendi modos, ſi quidem fieri queat, quàm in Theologi noſtri
animum referri malumus.

FINIS.

ERRATA

Typographica ſic corrigenda.

PRæfat.fol.(.·.) 2. tranſpon. *ipſa* poſt *tandem*. Pag. 34.l.32.leg.inveſtiget. Pag. 70.l. 16.pro *nec* leg. *ne*. Pag. 100.l. 18.leg.ad res. Pag. 117.l.37. pro nec,leg.ac, Pag. 121. l. 18.leg.qui. Pag. 146.l.8. leg. pro neganda Dei Pag. 163. l. 21.pro *ab* leg. *ac*. Pag. 176.l.22. leg. *Omnipræſentiæ*. Si quæ alia fortè occurrant, ea benevolus Lector facilè noverit emendare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 K 9 [1]